

qui docuit rerum intereuntium formas non semper in materia existisse; sed in ipsam ex idearum fontibus, id est, (si probè eum Aristoteles interpretatur) à substantijs quibusdam per se extra singularia coherrentibus in materiæ conceptaculum influere. Hoc etiam placitum multis in locis coarguit Aristoteles ostendens eas substantias nullo pacto in natura dari posse, frustra que illas ad rerum generationem ascisci. Auicenna autem in sua Metaphysica tract. 9. cap. 4. & 1. sufficientiæ cap. 10. intelligentiam quandam finxit inter cæteras postremam, eandem que sublunaris mundi gubernatricem, à qua in materiam ab agente physico prius dispositam rerum naturalium formæ inducerentur; quam proinde cholcodem, hoc est, formarum datricem vocavit.

Vt i. Meta-
ph. c. 7. tex.
25. & lib. 7. c.
8. tex. 28. &
lib. 12. cap. 3.
tex. 18. & lib.
13. à cap. 7. &
2. de gener.
cap. 9.

Auicennæ.

Sententia Peri-
patetica de
educatione
formarum.

Eius confir-
matio.

Diluitur pro-
positæ ratio-
nis reprehē-
sio.

Substantiæ se-
parate nullā
formam de
subiecti po-
tentiā imme-
diatè per se
educunt.
Eius rei pro-
batio.

Contra illum Platonis, & hunc Auicennæ errorem reclamatione natura ipsa indignè ferens adimi sibi nobilissimam suam operationem, id est, generationem substantialem; tum schola Peripatetica communi consensu. Argumentatur verò contra eam D. Thomas 3. contra gentes cap. 69. & 103. alijs que in locis ratione desumpta è septimo Metaph. Aristotelis cap. 7. & 8. hunc in modum. Omne agens producit sibi simile: id autem, quod in natura generatur, non est forma tantum, sed compositum ipsum (quia eius est fieri, cuius est esse; compositum autem propriè est, quia per se in suo esse coherret & subsistit) oportet ergo ut ipsum generans non sit forma tantum; sed compositum ex materia & forma. Quare nec Platonice ideæ, nec intelligentia Auicennæ; sed id quod ex forma & materia constat, formas in materiã inducit, & cõposita naturalia progignit.

Vt i. p. q. 61.
ar. 4. & q. 103
art. 1. de po-
tent. q. 6. art.
3. quodl. 9. ar.
10. vide etiam
Heruicum q.
4. de unit.
form.

Quod si quis hanc rationem cauilletur, quòd ex ea sequi videatur nullum compositum physicum posse à Deo effici, cum inter illud, quã tale est, & Deum similitudo non sit: occurrit D. Thomas compositum ex materia & forma assimilari Deo, non quidem secundum speciem; sed secundum continentiam virtualem; quatenus formæ omnes & materiã ipsa, quæ que ex his constituuntur, virtute in Deo insunt; quod tamen nulli formæ creatæ, quantumlibet naturæ dignitate excellat, conuenire potest. Sola enim forma, quæ est actus purus, atque omnis limitationis expers, ad nullum certum effectum coarctatur; sed incircumscripse totam essendi & operandi vim in se cohibet, ut D. Dionysius 5. cap. de diuinis Nom. sapièter docet.

Impugnatur
hæc ratio à
Dur. in 2. d.
7. q. 4. ppug-
natur à Fer-
rar. 3. contra
gent. c. 103.

Ita verò communis est Theologorum sententia non posse vllam substantiam à materia absolutam, excepto Deo, formam aliquam siue substantialem, siue accidentariam in materiam per se inducere, sed duntaxat applicando naturalia actiua passiuus; hoc est, non posse angelos ignem v. c. producere nisi causas physicas, quibus excitari ignis queat, aptè copulando. Id quod etiam hac ratione ostenditur. Nam si possent eiusmodi formas per se inuehere in materiam, vel id efficerent tanquam agentia naturalia, vel tanquam artificialia, id est, more eorum, quæ arte operantur. Non priori modo, quia causæ naturales

D. Augustini
12. de ciuit.
c. 24. & se-
quent. & lib.
3. de Trinit.
c. 8. Alèis 2.
p. q. 43. mèb.
2. d. Thomæ
3. cõt. gët. c.
103. D. Bo-
nau. in 2. d. 7.
q. 2. & alio-
rum eadè d.

Sententia
Metaph.
17. & 28

De pot
obedien
D. Tho.
d. 18. q. 2
2. Capr.
d. 42. q. v.
arti. 3. H
tract. de
triacœl

determinatae sunt à natura ad certas actiones, peculiariaque effecta edenda; ut ignis ad producendum ignem, non aquam; calor ad calorem, non frigus; at Angeli non ad vnam magis, quam ad aliam formam exhibendam praefiniuntur. Non posteriori modo; quia ars supponit naturam, atque ita Angeli supponerent formam physicam, quam inducere in materiam conarentur. Nullo igitur pacto per se formam aliquam gignere queunt. Quia tamen elementorum proprietates, & astrorum contuitum, influxumque siderum, ac denique omnium rerum occultas vires pernoscunt: & corpora, quae ipsis quoad motum localem obediunt, paruo negotio aliunde comportare queunt; non est eis difficile formas, quae per eiusmodi causas in materiam introduci possunt, ad eum modum excitare. Atque hoc pacto Magi operæ demonum, quibus se nefaria societate astringunt, non nunquam opera edunt admiranda; neque tantum spectris & fictitijs rebus oculorum aciem eludunt; sed veras etiam res, uti veros serpentes subito progenitos aspectui offerunt, ut praeter alios docet D. Augustinus 20. lib. de ciuitate Dei cap. 19. & 3. lib. de Trinit. cap. 7. & 8.

Magi interdum operæ demonum res veras aspectui exhibent.

ARTICVLVS III.

APPROBATVR ARISTOTELIS

opinio, tradunturque; variae potentiarum notiones, quae ad rem praesentem faciunt.

INter ea Philosophorum dogmata, quae articulo proximo confutauimus, medium locum tenet Aristotelica, & vera sententia, quae statuit formas ante cuiusque rei ortum neque actu existere; sic enim nihil denuo gigneretur; neque profus non existere; alioqui iam aliquid natura ex nihilo efficeret; sed esse potestate in materia, & naturalium causarum efficacitate de illius potentia & quasi gremio exciri, & ad actum perfectionemque adduci. Quod Aristotelis decretum astruit D. Thomas 1. p. q. 45. art. 8. Henricus Gand. quodl. 4. q. 14. Scotus in 2. d. 18. quaest. vnica. Dur. q. 2. Capreolus d. 17. quaest. vnica. Heruæus in tractatu de vnitae formarum quaest. 3. alijque Peripatetici fere omnes varijs in locis.

Sententia Aristotelis.

Ut tamen huic doctrinae lucem afferamus explicandum erit quid sit naturalis potentia; quid ea, quam obedientialem vocant; quid etiam neutra, & violenta. Potentia naturalis est ordo, propensio, inclinatiove cuique rei insita ad id, quod sibi consentaneum est, ut potentia materiae ad formam sibi proportionatam, vis oculi ad videndum, intellectus ad intelligendum, denique cuiusque subiecti facultas, seu capacitas ad actum sibi naturalem. Potentia obedientialis, est aptitudo, seu non repugnantia, quam res habent ad aliquid obtinendum

Quid sit naturalis potentia.

Quid obedientialis.

ab

Socinas 7.
Metaphy. q.
27. & 28.

De potentia
obedientiali
D. Tho. in 2.
d. 18. q. 2. art.
2. Capr. in 1.
d. 42. q. vnica
art. 3. Heru.
tract. de ma-
teria caeli q. 1.

ab eo, cui vel præter, vel supra naturæ modum obedire aptæ sunt. Quomodo inest ligno potentia ad formam statuæ, quæ est præter naturam prout natura ab arte distinguitur, & humanitati conuenit potentia ad vnionem cum Verbo diuino, vt D. Thomas ait 3. p. q. 4. art. 1. quæ vnio est supra vim & facultatē totius naturæ creatæ.

Quid sit potentia neutra.

quid violenta.

Quo pacto dari queant.

Forma ignis vt se habeat ad motū circularem.

Num verò præter hanc bipartitam potentiæ notionem danda sit etiam in rebus physicis potentia neutra, & violenta comparatione aliquorum actuum, disceptatio non parua est. Vocatur autem potentia neutra ea, qua res neque repugnat, neque inclinatur; violenta, qua repugnat. Scotus q. 1. prologi, & in 2. dist. 2. q. 6. alijsque in locis vtranque dari putat. Caietanus in 3. to. tract. 3. q. 1. violentā admittit, neutram negat. Nos quid verisimilius videatur, ita breuiter statuimus. Si materia sumatur, non per se tantum, sed vnà cum forma, cui subest; nonnulli actus se se offerent, ad quos non naturalem habeat potentiam, sed violentam, vel neutram. Huiusce pronūtiati veritas hunc in modum ostenditur. Forma terræ affecta gravitate sicuti deorsum nititur, ita & ascensui repugnat; igitur materia prout terrenæ formæ in eum modum spectatæ subiacet, recipiet ascensum cum renitentia, & repugnantia: ac proinde respectu ascensus dicetur habere potentiam violentam. Rursus forma ignis neque repugnat motui circulari, neque ad illum inclinatur, cum sit ei præter naturam. Ergo materia prout substernitur formæ igneæ recipit motum circularem sine inclinatione, aut repugnantia; atque adeo respectu illius potentiam neutram vendicabit, quæ etiam obedientialis dici poterit, prout vtranque explicauimus. Sanè hunc in modum accepta potentiæ neutrius, & violentæ assertio minimè videtur à Philosophis repudianda.

Opinionem Scoti tucur Lichetus & Bar. eisdem locis.

ARTICVLVS V.

QVID SIT FORMAM EDVCI

de potentia materiæ, & quibus id formis competat.

1. conditio.

2. conditio.

QVibus ita positis, omissa Philosophorum hac de re controuersia, dicimus vt aliqua forma de subiecti potentia educi perhibeatur, duplicem conditionem requiri, ac sufficere: vnā, vt ad id naturalis potentia subiecto insit; alioqui ipsa educitio non esset naturalis: alteram, vt quod educitur sine talis subiecti adminiculo nec effici, nec permanere possit; quod vocant pendere in fieri & conseruari à materia. Etenim quod nõ ita depēdet haud quaquam è subiecto educi; sed extrinsecus aduenire censetur, vt Aristoteles loco, quē mox citabim⁹, de animo rationis particeps enuntiat.

Ita

Ita patet vtranque conditionem requiri. Nec verò est cūr vlla amplius addatur.

Porro ob defectum primæ conditionis neque gratia, neque lumē gloriæ, cæteraq; id genus; imo nec artificiales formæ, vt in progressu magis patebit, de potentia subiectorum excitari dicentur. Ob defectum secundæ constat humanum animū non elici è potestate materiæ; quia etsi hæc ad eum recipiendum innatum habeat propensionem; ipse tamen extra illam cohærere posse valet, & eodem cōcursu, quo creatur, & in materiæ gremium à Deo infunditur, extra materiam creari potuisset.

Anima humana nō elicitur de potestate materiæ.

Liquet igitur quæ nā esse debeat propositæ disceptationis cōclusio, nimirum omnes, ac solas formas, quæ naturalis ordinis censentur, educi è potentia materiæ, subiecti vè, dempta forma humana. Etenim in his omnibus, vt ex argumentorum solutione conspicuum fiet, duæ explicatæ conditiones reperiuntur, præter quam in forma rationis particeps, in qua secunda conditio locum non habet. Vnde Aristoteles 3. cap. lib. 2. de generatione animalium affirmat solam formam humanam extrinsecus accedere; idest, neutiquam è materiæ sinu, vt reliquas formas, educi. Atque hanc materiæ vim, & potentiā vel balbutiebat, vel somniabat vetus Philosophia, cum omnia in omnibus, idest, omnes rerum naturalium formas in materia, è qua res physicæ constant, esse prædicabat.

Cōclusio totius quæstionis.

Proposita conclusio intelligenda est de ijs formis, quæ nunc in materiam inferuntur. Nam eæ, quarum composita in prima rerum molitione à Deo procreata sunt, videlicet formæ corporum cœlestium, & elementorum, non fuere educatæ de potestate materiæ. Nō enim rectè, ac propriè de materiæ potestate educi censetur, nisi ea forma, cuius priuatio cū dispositionibus in materia præfuit: sic enim priorem conditionem, quam supra posuimus, intelligendam volumus. At nequaquam dicendum est præfuisse tunc in materia priuationem eiusmodi formarum; cum tam ipsæ, quam earum materia, & composita eodem instanti, à Deo producta fuerint. Nunc verò non solum formæ elementorum de sublunaris materiæ potestate euocantur; sed ipsæ etiā formæ cœlestes de potestate suæ materiæ euocari possent, si eam Deus cū suis dispositionibus absque formis creasset; vel nūc ab eis formas remoueret, deinde easdē, alias vè induceret.

Formæ corporum cœlestium nō fuerunt educatæ de potestate materiæ.

ARTICVLVS VI.

DILVVNTVR ARGVMENTA ta primi articuli.

Nunc ad dilutionem argumētorum, quæ initio proposuimus veniamus. Quod ad primum attinet, quæ nam sint rationes seminariæ, de quibus loco citato D. Augustinus agit, pertractat

tractat D. Thomas 1. par. q. 115. art. 2. Durandus in 2. sent. dist. 18. Item d. Tho. quæst. 2. Heruæus ibidem, quæst. vnica art. 3. & in tractatu de ma- in 2. d. 18. q. 1. teria cœli quæst. 2. A Egidius in 2. dist. 8. Capreolus in 1. dist. 42. art 2. quæst. vnica art. 3. Vdalricus in sua summa lib. 4. Henricus Gandauensis quodlib. 4. q. 14. Sed omisis controuersijs dicendum rationes seminarias nihil esse aliud, quàm naturalium caussarum, seu agētium, seu patientium potentias, & facultates, in quibus, veluti quibusdam seminibus naturalia effecta continentur. Dicuntur autem in ijs latere formæ, non quali in ipsis actu sint, sed potestate, vt supra diximus. Ad reliquam argumenti partem respondendum formarum è materia educationem non esse violentam; quia tametsi externa vi fiat, ipsa tamen materia neuiquam ijs recipiendis obluçtatur, quod in definitione violenti intelligendum esse monet D. Thomas 12. quæst. 6. art. 4.

Sol. 2.

Ad secundum, Reiecta Theologorum quorundam sententia, quos refert Magnus Albertus in 2. dist. 1. art. 12. aientium omnes formas à Deo creari; & aliorum, qui putarunt formas esse materiæ coæuas, & in ea præexistere non omnino expresso & absoluto actu, sed inchoatione quadam (cuius opinionis fuisse Magnum Albertum hoc loco tract. 3. cap. 3. & 15. putant nonnulli; quibus aduersatur Soncinas 7. Metaph. quæst. 28. aiens eum aliter censuisse) respondemus admissa maiori propositione, dicendoque imprimis nullam formam, excepta humana, propriè fieri; quia effectio non nisi in rem per se subsistentem cadit, vt superius diximus; atque ita nullam formam effici è nihilo. Ita D. Thomas 1. par. quæst. 90. art. 2. Responderi etiam potest id creari, quod fit è nihilo, idest, nullo præiacente subiecto, à quo esse eius, quod fit, dependeat. Liquet autem omnes formas naturales, excepta humana, à materiæ societate omnino pendere, cum extra illam cohærere non possint. Quod si quis obijciat gratiam creari, & tamen effici præiacente subiecto, nempe angelo, vel anima rationali. Occurrendum erit gratiam suomodo creari, vt 8. libro patebit: at licet fiat præiacente subiecto; id tamen non habere potentiam naturaliter receptiuam illius, quo pacto definitio creationis intelligenda est.

Sol. 3.

Ad tertium, A Egidius in 2. sent. dist. 13. quæst. 2. Argentinas ibidem quæst. vnica art. 3. Soncin. 7. Metaphys. q. 8. alijsq; nonnulli opinantur notionales formas haudquaquam educi è materia, idèq; de luce asserendum inquit Alensis 8. Metaph. ad tex. 13. & Dionys. in 2. dist. 13. q. 1. Sed oppositum potius dicendum cum Richardo in 2. dist. 13. quæstione. 1. alijsque compluribus. Itaque inficiamur id tantum debere dici è materia elici, quod cum transmutatione reali fit, si eam transmutationem intelligant, qua aliquid per motum propriè sumptum producit, aut qua non imago rei, sed res ipsa efficitur. Credimus enim, vt forma aliqua dicatur educi de potentia cuiuslibet subiecti sat esse gigni illam in subiecto interueniente duplici

illa

Rationes seminariæ que sint.

Nulla forma excepta humana propriè fit.

Formas intentionales educi de potentia materiæ.

Vt Heruæus quodlib. q. 20. & in 2. d. 18. q. 1. art. 2.

illa conditione, quam articulo superiori posuimus, siue per motum, siue absque motu fiat, siue esse reale, siue notionale habeat.

Ad quartum dicendum licet terra aliquo modo potentiam habeat violentam ad ascensum, & ignis neutram ad motum circulare, ut diximus; tamen materiam primam per se spectatam, quo pacto de illa hoc loco agimus, potentiam habere naturalem ad vtrūlibet horum motuum, ut ad actum naturae suae congruentem.

Quare hos etiam motus educi de potentia materiae: quanquam nulli locali id propriissime conueniat; quia aut is motus consideratur ut idem cum superficie continentis, atque ita non inhæret mobili, ut de eius potentia educi proprie dicatur; aut sumitur, ut idem cum vbi, siue cum existentia mobilis in loco, spatiosè. Quae existentia forma non est; sed modus quidam, ut tertio huius operis libro dicemus. Quod verò attinet ad aspectum caeco diuinitus collatum, asserendum est educi eum nihilominus de potentia oculi; quia semper oculus natura sua inclinatur ad obtinendum aspectum, ut ad formam sibi cōmensuratam. Nec obstat quod amissum naturaliter recuperare nequeat. Id enim ex accidente est, nec impedit quin per se ac simpliciter ea forma sit de numero illarum, quae suo opte ingenio ab agente naturali in materiam induci posse dicuntur. Relationes autem cum spectata generis sui natura resultare possint, ac saepe resultent absque vlla actione propria earum subiecta attingente, utique pronuntiandum est non proprie illas de subiectorum, materiaeue potestate educi.

Sol. 4.

Aspectus caeco diuina virtute tributus educitur de potentia oculi

Relationes non proprie à subiecti potestate educuntur.

ARTICVLVS VII.

RESPONDETUR SECUNDI

articuli argumentis.

Argumēta verò, quae articulo secundo proposuimus, ita diluenda sunt. Ad primum respondemus (etsi alij contra opinentur) formas artefactorum, quae simpliciter artificiales sunt (de his enim hoc loco agimus) non elici de potentia materiae, quia respectu illarum non insidet materiae naturalis potentia, sed obedientialis tantum, ut praeter alios annotauit D. Thomas & Aegidius libro. 2. huius operis ad textum secundum, Scotus in 2. dist. 18. q. vnica, & Capreolus, in 2. dist. 6. q. vnica arti. 3. Nam cum necesse sit potentiam actui proportionem respondere, nequit materia naturalem habere potentiam nisi ad formas sibi naturales, etiam prout naturale ab artefacto distinguitur. Ad argumentum igitur negandum est antecedens, & ad priorem eius confirmationem dicendum artificem assumere quidem materiam aptam, id est, quae ad opus flecti, & efformari possit; non tamen, quae ad formam artificiosam, naturalem proportionem habeat.

Sol. primi arg. 2. artic.

Formas simpliciter artificiales non elici de potentia materiali.

Dd

Adde

Forme arti-
ficiales sunt
modi quan-
titatis.

Discrimé in-
ter gratiam
& artificiales
formas quo
ad potentiã,
quam in sub-
iecto inue-
niunt.

Sol. 2.

Nō inest ahi
me naturalis
inclinatio ad
gratiam.

Nō habem⁹
potentiã sim-
pliciter natu-
rale ad act⁹
Theologi-
cos fidei, ali-
osq; eiusmo-
di.

Sol. 3.

Vt vnū aliud
generet quid
sequatur.

Adde ad formas artificiales, de quibus sermo est, nullam termi-
nari productionem, atque adeo neque eductionem, sed solum esse
modos quosdam quantitatis ex varia illius incisione, aut composi-
tione resultantes. Quare min⁹ etiam quàm relationes dici posse
educi de potestate materiæ.

Ad refellendam verò posteriorem eiusdem argumenti partem
aduertendum erit neque gratiam, neque artificiales formas inuenire
in subiecto naturalem potentiam, si propriè sumatur, & vt à nobis
in quarto huiusce disceptationis art. explicata fuit: hoc tamen esse
discrimen, quod si potentia naturalis receptiua fuso vocabuli signi-
ficatu accipiatur pro ea, quæ ab agente creato ad actum perducì po-
test; sic artificiales formæ habent in materia, siue subiecto poten-
tiam naturalem, non autem gratia, quæ à solo agente supernaturali
efficitur. Hæc igitur causa est cur gratia creari, seu concreari dica-
tur; non tamen formæ artificiales, nimirum, quia illa fit ex nihilo,
idest, non præsupposito subiecto, quod habeat potentiam aliquo
modo naturalem ad eam recipiendam; cum tamen secus accidat for-
mis artificialibus, vt ex dictis constat.

Ad secundum, omisis aliorum responsionibus, dicimus animam
in genere causæ subiectiue naturaliter sustinere, & conseruare gra-
tiam diuinitus infusam, sibi que inherente, nec ad eiusmodi causali-
tatem præstandam maiori, quàm communi, & generali Dei cōkursu
indigere; non habere tamen ad gratiam recipiendam naturalem po-
tentiam, cum illam non ab agente naturali, sed supernaturali tantum
recipere possit, & naturalis potentia receptiua necessariò respiciat
naturale agens. Quo fit vt simpliciter negari debeat inesse ei natu-
ralem inclinationem, aut potentiam ad gratiam, aliosque habitus su-
pernaturales.

De actibus verò eius ordinis, vt de intuitiua diuinæ naturæ con-
templatione, de actibus Theologicis fidei, spei, & charitatis, ac simi-
libus maior dubitandi ratio est; quia ad eos eliciendos vi etiam nos-
tra efficienter concurrimus. Sed nec dicendum est habere nos po-
tentiam simpliciter naturalem, siue actiuam, siue passiuam ad eius-
modi actus: siquidem non nisi diuini ordinis auxilio subleuati eos
exercere possumus. Quod latius persequi nō est Physiici instituti.

Ad vltimum negandum est quod assumit, & ad primam eius con-
firmationem fatendum inter cæteras animantes solum hominem
propriam formam è potestate materiæ non educere; verum id non
ex naturæ imperfectione, sed ex animæ rationalis dignitate profi-
cisci, quæ vt mortis fatum nescit, & extra materiam per se coherere
potest, ita de materiæ sinu non exit; sed à solo Deo creatur, quod
tamen non impedit quomin⁹ progignere hominem homo dica-
tur; quia vt aduertit Caietanus prima parte quæst. 118. arti. 2. vt
vnum aliud generet non necesse est, vt producat partes, ex quibus
res genita coalescit, sed vt eas mutuò coniungat, atque vniat. Idque
homo

Fac de
Tho. 4.
tra gen
Ficinus
de im
anim. 6
Belsari
2.6.7. c
Callin.
in Hep
62.7.

homo in generatione præstat; attingit enim introductionem animæ rationalis, & eius cum materia copulationem: atque hanc potentiam actiuam naturalem ad vniendam animam rationalem cum materia fat est respondere in rebus Physicis potentia passiuæ, quam habet materia ad eandem animam recipiendam. Plura in hanc sententiam D. Thomas. 2. contra gent. cap. 89. alijsque in locis, & Henricus Gandauensis quodlib. 3. q. 16.

Illud verò, quod de vi instrumentaria obijcitur, futile est, ac nullius momenti: fieri enim haudquaquam potest, vt agens creatum opera instrumenti purè materialis aliquid immateriale producat; facultas autem gignendi purè materialis est. Secus tamen accidit in effectione specierum intelligibilium, ad quas producendas vtitur anima vi intellectus agentis, vt principalis instrumenti excitantis, atque eleuantis phantasma. Qua de re suo loco planius, ac plenius.

Ex dictis manifestum est hominis animum quadam ex parte in materiae sæcem immergi; siquidem societatem inquit cum corpore; ex altera ab ea liberum esse, cum extra illam per se cohærere valeat.

Hac de re d.
Tho. 4. con-
tra gent. c. 55.
Ficinus lib. 3.
de immort.
anim. cap. 2.
Beisario lib.
2. c. 7. contra
Callim. Pic9
in Heptaplo.
cap. 7.

Vnde magni quidam Philosophi, vt Trismegistus in Asclepio, auctor libri de causis propositione prima, alijsque nonnulli in orizonte æternitatis, ac temporis eum positum esse dixerunt: quia scilicet quatenus in se materiae expers & immortalis est, ad diuina, quæ extra omne tempus consistunt, transcendit; quatenus verò materiae coniungitur, ad mutationes, quas tempus metitur, & absumit, depressus est. Nempe hac ratione princeps auctorque naturæ Deus hominem commonitum esse voluit ne qui terrena mole esset concretus se se vana iactatione insolenter efferret: neue etiam

Humanus ani-
mus est in ori-
zonte æterni-
tatis, & tem-
poris.

qui mentem haberet cœlestem, ac diuino fatu editam
abiecta, & terrena cupidè expeteret; sed à cor-
poris societate se, quoad fieri posset, auo-
cans, & diuinitatis amore succensus
ad cœlestia, & æterna ar-
denti studio anhe-
laret.

FINIS PRIMI LIBRI.

LIB. I. T. I. I. A. O. I. S. Y. H. M. I. 212
IN SECUNDVM LIB.

PHYSICORVM

ARISTOTELIS.

PROOEMIUM.

Franciscus
Beatus. 2. Me-
taph. secutus
Sadolerum
Cardinalis.



RECENTIVM PHILOSOPHORVM

non nulli eum librum Metaphysicæ, quem La-
tini secundum, Græci A, τὸ ἐλαττον, idest, primū
minorem vocant, ad hunc de Naturali auscultatione
pertinere, eiusque esse proœmium; sed veterum
errore ab hoc loco, quasi caput à reliquo corpore,
auulsū fuisse opinati sunt. Hanc tamen sententiam
merito reijcit communis Græcorum, & Latino-
rum interpretum consensus, qui neque secundum
librum Metaphysicæ loco mouent, neque hunc ab
illo auspiciantur. Est autem Aristotelis institutum
agere hic non de materia, & forma tantum, ut
censet Philoponus; neque etiam de fine, & efficiente
duntaxat, ut putat Simplicius; sed tum de materia,
& forma, quatenus naturæ sunt; tum vniuersim de omnibus quatuor
causarum generibus. In his enim tota huius libri
explicatio consumitur. Neque verò hoc libro, ubi,
vt Auerroes inquit, totius Naturalis Philosophiæ
fundamenta iaciuntur, quadripartitam hanc
varietatem præterire debuit Aristoteles; cum
citra eius obseruationem, & notitiam neque
rerum naturalium vis, & essentia, neque Physica
mutatio, in cuius peruestigatione tanto studio
Physiologus incumbit, intelligi possint. Quod si
quispiam sciscitetur quo iure Philosophus Naturalis
de causis disserat, quarum contemplatio Metaphysici
propria esse videtur? Occurrendum proprium
esse Metaphysici de causis in commune, vt
causæ sunt, agere, & eas priuatim scrutari,
quæ à materia abiunctæ sunt, tametsi ipsam
quoque materiam suo modo consideret, vt
alibi diximus. Verum alios quoque artifices,
vnunquenque pro ratione suæ artis, causas
tractare. Namque Dialecticus de ijs agit,
quatenus ad demonstrandum aptæ, idoneæque
sunt. Physicus, prout res naturales attingunt,
habentque ordinem ad motum. Cæteri denique
quæ ex parte ad earum rerum, quæ suæ
facultatis propriæ sunt, intelligentiam
pertinent.

Quædam
libri, quæ
natura con-
cipi, & quæ
per se ad ea
causas sunt.

ni obiectum
ab philosopho
anoniam

Institutum
Aristotelis.

Iaciuntur in
hoc lib. Phy-
siologie fun-
damenta.

Lege M. Alb.
3. Metaphy.
tract. 3. cap. 1.
Auer. 2. Me-
taph. cõ. 6.

In proœmio
huius operis
9. 1.

Capite

Es

Diapirio.
Responso.



In priori huius libri parte, quæ duobus primis capitibus continetur, agit Aristoteles de natura, & de Naturalis Philosophiæ consideratione, eiusdemque à Mathematicis discrimine, propterea quod hæc multum conferant ad percipiendam causarum vim, quarum explicatio, ut antea præfati fuimus, huiusce libri scopus est. Porro ut naturæ definitionem inueniat, tradatque, proponit initio generalem quandam & illustrem rerum diuisionem; tum ut more suo, à communioribus ad minus communia, & à notioribus ad minus nota incedat; tum quia ut 14. cap. lib. 2. post. & 4.

Methodus inuestigandæ de finitionis.

cap. lib. 7. Metaph. docet ad inuestigandam cuiusque rei essentiam nulla commodior, aut magis compendiaria via esse potest, quam si primò cõmuniora in partes distrahamus. Sic enim facile est paulatim eo usque rem persequi, dum definitio ex duabus tantum rebus, genere inquam, & reciproca differetia coalescat. Atque hanc methodum post Platonem in Phædro, & in legibus, secutus etiam fuit Aristoteles 2 lib. de anima cap. 2. & 3. huius operis cap. 1. illic animæ; hic motus definitionem inquirens.

Quæ nam cõstent natura.

a Eorū quæ sunt Partitio ita se habet. Eorum, quæ sunt, quædam natura cõstāt, quædam per alias causas. Natura cõstant animalia, & eorum partes integrantes, ut caput, cor, pedes; Item omnia stirpium, & herbarum genera; & quatuor vulgata elementa. Non enim hæc

Dubitatio.

Responsio.

ideo simplicia corpora dicuntur, quod materia, & forma careant; sed quod non sint ex elementis concreta, ut corpora mista. Circa hanc distributionem, omnis interpretum controuersis, aduerte nomine eorum, quæ sunt, comprehendere res omnes materiales, siue accidentia sint, siue substantiæ. Per ea verò, quæ constant natura, significari quæcunque ex materia & forma componuntur, id est, entia naturalia. Denique appellatione eorum, quæ sunt ob alias causas, designari cetera materialia, quoniam causæ internæ non sunt naturæ, ut statu, cuius intimum principium est forma per aitem inducta; item candidum v. g. cuius intrinseca ratio est candor; aliaque id genus concreta. Quærat aliquis cur Aristoteles inter res naturales, non solum animantia, sed eorum partes nominatim recensuerit? Alexander, Themistius, & Philoponus causam fuisse inquirunt, ne quis putaret sicuti artificialium rerum partes aliqua non arte constant, sed natura, ut ligna & lapides, quibus domus coagmentatur; ita rebus natura

ARISTOTELIS Physicorum.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT. I.



ORVM, a quæ sunt, quædam natura constant, quædam per alias causas. Text. 1.

Natura quidam animalia, & partes ipsorum, & plantæ, atque simplicia corpora, ut terra & ignis, aer & aqua. Hæc enim, & huiusmodi alia, natura dicimus constare. Quæ omnia ab ijs vi-

dentur differre quæ natura non constant. b Nam quæ constant natura, ea omnia motionis, & quietis in se habere principium videntur; alia quidem in loco, alia accretionis & imminutionis, alia alterationis. At lectica, & vestis, & siquod aliud tale est genus, quatenus quidem horum nominum singulis appellantur, atque ut ab arte proficiuntur, nullam mutationis impetum insitum habent; quatenus vero accidit, ut lapidea, aut terrea, aut ex his admista sint, obtinent.

Tan-

con-

constantibus aliquas partes inesse, quæ non à natura, sed ab arte proficiuntur. Alij eã ratione afferunt, videlicet quia cum partes dissimilares viventium non eodem, quo totum, vocabulo nuncupentur. (Non enim pes, aut caput animal dicitur) nequis forte ambigeret, num ipsæ quoque res naturales essent, voluisse Aristotelem eam dubitationem remouere.

b Nam quæ natura | Statuit discrimen inter illa, quæ natura constant, & quæ per alias causas sunt, præsertim artefacta; quod ea, quæ constant natura, omnia insitum motus, & quietis principium continent; alia quidem motus ad locum, vt corpora cœlestia; alia alterationis, vt reliqua corpora; aut rē accretionis & decretionis, vt viuentia: at verò, quæ per alias causas sunt, vt lectica, vestis, ceteraque artis ingenio elaborata, quæ eiusmodi, non habeant in se motus, aut quietis causam; nisi fortè ex accidente, quia nimirum accidit lecticæ argenteam, aut ligneam esse, aliave simili materia conflaram.

c Tanquã natura | Ita vertendū sunt, non vt in Argypoli contextu legitur, quæ cū ita patet naturam & cetera. Sic enim habet Græcus cotextus. Quatuor sententia in idem recidat. Col-

Text. 3. e Tanquam natura motionis, & quietis, eius rei, in qua est, primū, & per se, & non ex accidenti, principium quoddam sit, & causa: d Dico autem non ex accidenti, quod sibi ipse sanitatis causa medicus aliquis esse potest, qui nō vt sanatur artem medicam possidet; sed ipsum esse medicum, & sanari accidit. Vnde & non nunquam inter se abiunguntur. Atque id quidem, quod dictū est, natura est. e Naturā autem habent, quæ tale obtinent principium; sūtque hæc omnia substantia, siquidem subiectum quiddam sūt, & in subiecto semper est natura. f Secundam verò naturam tum hæc sunt, tum quæ in his per se insunt, vt igni sursum ferri. Hoc enim natura nō est, neque habet naturā, sed naturaliter inest, & secundum naturam. Quid igitur natura sit, & quid natura esse, quid ve secundum naturam dictum est. g Ridiculū autē est, naturam esse enti demonstrare; cum huius generis rerum complures esse perspectum sit. Quæ autem sunt manifesta per obscuriora ostendere, eius est, qui quid per se notū, & quid non per se, diiudicare non potest: quo quidem modo affici eum posse obscurum non est: ab ortu enim vsque aliquis cæcus, de coloribus ratiocinaretur. De nominibus itaque homines eiusmodi disserere, nihil omnino cōcipere necesse est.

Text. 4. e Naturā autem habent, quæ tale obtinent principium; sūtque hæc omnia substantia, siquidem subiectum quiddam sūt, & in subiecto semper est natura. f Secundam verò naturam tum hæc sunt, tum quæ in his per se insunt, vt igni sursum ferri. Hoc enim natura nō est, neque habet naturā, sed naturaliter inest, & secundum naturam. Quid igitur natura sit, & quid natura esse, quid ve secundum naturam dictum est. g Ridiculū autē est, naturam esse enti demonstrare; cum huius generis rerum complures esse perspectum sit. Quæ autem sunt manifesta per obscuriora ostendere, eius est, qui quid per se notū, & quid non per se, diiudicare non potest: quo quidem modo affici eum posse obscurum non est: ab ortu enim vsque aliquis cæcus, de coloribus ratiocinaretur. De nominibus itaque homines eiusmodi disserere, nihil omnino cōcipere necesse est.

Text. 5. h Eorum autem, quæ natura constant natura atque essentia, primum quidem informe subiectum esse nonnullis videtur, vt lecticæ natura lignum; statuæ res.

Text. 6. i Cuius

Text. 7. Similiterque accidere docet in ijs, quæ manu efficiuntur, vt in nauis, & edificio. Nullum enim per se motionis principium vendicāt.

e Naturam autem | Exposuit quidnam esset natura: declarat nunc quæ sunt ea, quæ à natura dicuntur: monetque dici in primis, quæ naturam habent, idest, entia naturalia. Hæc verò probat necessario esse substantias; quia natura aut est subiectū, idest, materia; aut in subiecto, in-

fidet, idest forma. Nihil verò ex materia & forma constituitur, quod substantia non sit. Alias afferunt huius loci interpretationes Simplicius, Themistiū, Philoponus, & Auerroes, quas breuitati consulentes omittimus.

f Secundum vero nat. | Docet etiam à natura dici, quæ secundum naturam appellantur, quorum notio latius funditur: comprehendit enim non solum composita physica; sed omnes affectiones, quæ ijs per se, ac naturaliter competunt, vt igni in superum locum tendere, terræ in medio mundi esse.

Discrimē inter illa, quæ natura constant, & quæ per alias causas sunt.

Definitio nature.

Quæ dicuntur à natura.

Occurrit obi. Ridiculum autem Non deesset fortasse qui obijceret, debuisset Aristotelem antequam naturę definitionem traderet, an natura sit exquirere, & re vera esse argumentis concludere. Occurrit prestandam id esse ab ijs, qui de re abdita, & de qua dubitari possit an sit, disserunt. At naturam esse neminem latere, cum palam videamus res moueri. Quare superuacaneam fore eam demonstrationem; quam si quis velit conficere, rei, quę citra ambiguitatem est, per obscuriora fidem facere conabitur. Quod hominis est nota ab ignotis distinguere nescientis, & omnes demonstrandi leges temerę violantis. Sicuti accideret ei, qui ab ortu cecus de coloribus disputare contenderet. Oporteret enim illum de rebus sensui manifestis, & conspicuis per ignotas, sibi quę inexpertas ratiocinari; totaque ea disceptatio magis esset verborum, quam rerum; quatum ille perfectam notionem minimę posset assequi. Nam cum omnis nostra cognitio proficiscatur a sensibus, consequens est, ut qui aliquo sit orbat, obiectorum ad illum spectantium solidam & expressam intelligentiam obtinere non valeat. Quod mo-

**Philosophi-
cū axioma.**

luit etiam Aristoteles 14. cap. lib. 1. posterioris Analyticę. Hic aduerte licet nō habeatur tanquā per se omnibus notum quid natura sit, ut patet ex discrepantibus ea de re philosophorū dogmatibus; esse tamen omninō manifestum dari naturam, id est, principium aliquod, vnde motus oriatur; cum apertę cōspiciamus motū esse. Auicenna tamē hoc loco, ut alijs cōsuevit, Aristotelem increpat autumans non esse per se notum in Physiologia dari naturam; cum ipse met Aristoteles 7. & 8. huius operis ostendere nitatur, quod mouetur, habere aliquod principium sui motus. Resistendum tamen Arabi est negando probari id ab

**Auicenna Aristotelem
coarguit.**

Cuius rei signū esse Antiphō dicebat, quod si lectica in terrā defossa māserit, viresq; supserit putredo, ita ut germinet, nō lecticam, sed lignū exoriturum, tanquā dispositio, quę lege constat, & ars ex accidente insint, ea vero essentia sit, quę etiam permanet, ab his perpetuo, continenterque affecta. Quod si horum vnūquodque ad aliud quidpiam, hoc eodē modo affectum est, ut aes quidem, & aurum ad aquam, ossa autem, & ligna ad terram, itemque aliud quiduis, ipsorum naturam, atque essentiā illa esse. Quapropter alij terrā, alij ignem, alij aerem, alij aquā, alij horū aliqua, alij omnia hec naturam esse inquirunt. Quod enim quisque tale esse existimauit, seu vnum, seu plura, id, totque vniuersam substantiam, esse statuunt, reliqua verō omnia, horum affectiones & habitus, & dispositiones. Et horum quidem vnūquodque sempiternum esse; siquidem eorum alia in alia non mutatur, reliqua verō infinite generari, atque interire. Vno igitur modo natura sic dicitur, prima, quę cuique subiecta est materia rerum earum, quę motionis, mutationisque principium in se habent. Alio autem modo forma, & species, ea quę ut ratio dicitur. Quo enim modo id, quod ex arte est, atque artificiosum, ars dicitur, eodem planē, quod est secundum naturam, & naturale nuncupatur natura. At neque id ex arte quidquam habere, neque artem esse dixerimus, si potestate solūm erit lectica, speciemque lecticę non dum possideat, neq; in his, quę constant natura.

Text. 8.

Text. 9.

Text. 10.

Text. 11.

Nam

cum solum demonstraret nihil posse ab se simpliciter moueri, semperque inter rem mouentem, & motam aliquod esse discrimen.

**Philosophi
opin. de natura.**

Antiphon.

hi Eorum) In explicanda, tradendaque natura diuersę extiterunt antiquorum sententię, quę hoc loco breuiter proponuntur. Aiebant plerique eorum totam rei naturam & essentiā in solo subiecto, hoc est materia consistere, sed in hac tradenda varijerant. Ideo verō materiam naturam faciebant, quia in confesso erat apud illos naturam & essentiam cuiusque rei perpetuam esse debere. Id, quod materię conuenire, ostendebat Antiphō exemplo artefactorum. Si enim quispiam aiebat ille, lecticam terra immerferit, & ea computruerit, ac germinarit; utique abolita figura lignum aliud orietur: at si forma perpetua esset; lectica alia pulularet. Itaque statuebant antiqui philosophi quęcunque per artem adueniunt, & vniuersim dispositiones lege constantes, id est, mutabiles (quę enim lege sancuntur pro tēporū varietate mutatur) nentiquā posse ad naturā, essentiāue pertinere, siue rerū naturalium, siue artefactorū.

Quod si Similiter cętera, quę ad aliud comparata ita se ad illud habent, ut lignum ad lecticam

lecticam

lecticam decernebant illius esse materiam. Vnde alij terram, alij aquam, vel aliud elementum, aut vnum, aut plura, aut hæc omnia naturam, totamque essentiam esse prædicabant, quia ceteris intereuntibus, elementa semper in mundo permanent. Videbitur autem fortasse alicui repugnare sibi Aristotelem, cum hoc loco affirmet quosdam terram existimasse naturam esse, id ipsum verò neget libro 1. Metaph. cap. 7. sed non repugnat. Hic enim non solos Philosophos, ut in Metaphysica, sed poetas etiam comprehendit, è quorum numero Hesiodus, et alioqui nobilis Philosophus, poetam agens, & opinionem vulgi secutus, scripsit in sua Theogonia terram esse primum omnium materiale principium. Quæ sententia ideò multitudi-
ni arrisit, quod videret terram quasi communem parentem astatim omnia suppeditare, ut annotavit Arnobius libro 3. contra gentes.

k Vno igitur | Concedit antiquis materiam, naturam esse si accipjatur pro materia prima, & informi subiecto. Asserit tamen non solum materiam, esse naturam; sed etiam formam;

imo hanc multo potiori in re naturam appellari. Formam vero de qua loquitur describit illis verbis, forma, & species ea, quæ ut ratio dicitur, ut pateat eam a se formam naturam dici, quæ adhibetur in definitione explicante rei essentiam. Hæc igitur probat naturam esse apta quadam similitudine a rebus artefactis petita. Nā quemadmodum id, quod ex arte est, & artificiosum, dicitur ars, hoc est, quicquid habet, quia tale, id ab arte siue a forma artis habet: ita id, quod secundum naturam & naturale est, vocatur natura, id est, a forma naturali obtinet, ut naturale sit & dicatur. Atque ut nihil artificiosum est, nisi quod artis formam actu habet; ita nihil ens naturale erit, nisi formam naturalem actu possideat. Quo patet quidditatem rei naturalis potissimum in forma consistere; atque adeò formam non solum naturam esse, sed multò magis quam materiam. Idem inuenies assertum 2. de generat. animalium cap. 1. Monet autem Aristoteles agere se in presenti non de aliqua forma, quæ re ipsa extra materiam cohercat, vel à rebus sensibilibus abiuncta sit; sed quæ ab his sola cogitatione separetur.

Nā quod potestate caro est, aut os, suā ipsius naturā nō ante habet, neque natura constat, quā formā, quæ ut ratio est, acceperit, quā definiētes, quid est caro, aut os dicimus. Alio itaque modo natura, formā & species, quæ nisi ratione separari nō potest, eorū erit, quæ motionis principiū intra se continēt. Quod autē ex his est, naturā quidē nō est, sed constat natura. Atque natura magis ipsa est, quā materia, quando quidē magis vniquodque esse tum cum actu est, dicitur, quā cum potestate. Ex homine enim homo nascitur, non lectica ex lectica. Quæ causa est ut figuram naturam esse non concedat; sed lignum propterea quod si germen proferat, non lectica, sed lignum exoriatur. Quod si hoc ita habet forma quoque est natura, siquidem homo ex homine gignitur.

m Quin etiam natura, quæ ut generatio dicitur, ad naturam via est. Non enim ut mederi ad sanitatem, non ad artē medicam est via (siquidem mederi à medica arte, non ad medicinam artē esse est necesse) sic ad naturam se habet natura, sed id, quod nascitur, ex aliquo ad aliquid venit, aut nascitur. Ad quod igitur veniendo nascitur? non ad id sanū, ex quo, sed ad id, ad quod. Quamobrem forma est natura. Forma autem & natura bifariam dicuntur; quum & priuatio quodammodo sit forma. An verò priuatio contrarium quæ aliquod in ea, quæ omnino est, generatione habeatur, nec ne, postèrius considerandum est.

l Atque natura | Pergit ostendere formam magis esse naturam, quam materiam, hunc in modum. Id est magis naturā, per quod ens naturale actu est, atqui ens naturale est in actu per formam, non autem per materiam; quia forma est actus & perfectio, materia verò est pura potentia. ergo &c. Rursus idem confirmat assumpto argumento Antiphōtis. Nam si propterea quod ex lectica putrescente non lectica, sed lignum oritur, lignum naturam esse colligebat, certè cum ex homine homo nascatur, idque non materię, sed formæ beneficio, consequens fit ut forma maximè sit natura.

m Quin etiam | Concludit formam esse naturam hac ratione. Ideo natura vno modo accipitur pro generatione seu natiuitate viuentium; quia tam generatio, quam id quod gignitur tendit

concordantur
loca Aristotelis.

Forma magis natura, quā materia.

Text. 12.

Text. 13.

Text. 14.

Text. 15.

tendit ad naturam, tendit verò ad formam; igitur forma est natura. Aduertit autem Aristoteles non eodem modo se habere naturam sumptam pro generatione, quo se habet medicatio. Nam *ἰατρῆσις* hoc est medicari nō dicitur *ἀπὸ τῆς υγιείας* idest à sanitate, quæ est terminus ad quem; sed *ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς*, idest ab arte medica, à qua ut à principio oritur. Natura verò cum pro natiuitate sumitur sortitur appellationem à termino, ad quem. Qua de re in quinto huius operis disputandum erit.

In forma autem (Formam, atque adeo naturam bifariam sumi inquit, vno modo pro ea, quæ verè & propriè forma est: Altero, pro formæ priuatione, quæ, prout subiectum afficit, & suo modo informat, utranque etiam formæ nomen sortitur. Subdit postremo expendendum alibi esse utrum priuatio in generatione substantiali detur nec ne? Si enim talis priuatio admittitur & ea sit forma; cum repugnantia inter formas sit contrarietas, iam substantiæ erit aliquid contrarium. Quod si admittenda non sit, ruent ea, quæ de principijs rerum Naturalium superiori libro tradita sunt. Hanc dubitationem reijcit in alium locum, videlicet in libros de ortu & interitu.

QVÆSTIO I.

QVAM NATVRAM HOC LOCO Aristoteles definierit.

ARTICVLVS I.

DE MULTIPlici naturæ significatu.



Prima natura
receptio.

NE consonantium vocabulorum sylua ad naturæ definitionem inueniendam, percipiendamque alicui fortassis viâ obstruat, operæ pretium erit varias naturæ acceptiones quasi ramos obuios præcidere. In primis ergo, ut ait Hugo Victorius primo Didascalon cap. 11. accipitur natura pro mente diuina rerum omnium opifice, & parente. Hanc autem Philosophi quidam boni, sed non boni Latinitatis auctores naturam naturantem appellarunt; atque ita naturæ nomen vsurpat Stoicorū acutissimus Seneca quarto de officijs libro, cum asserit nihil aliud esse naturam, quàm Deum; & D. Augustinus 15. de Trinitate cap. 1. cum inquit supra hanc nostram naturam esse naturam non creatam, sed creatricem, idest, Deum. Hinc ortum habuit diuisio naturæ in vniuersalem, & particularem; vbi per vniuersalem naturam Deus potissimum designatur, qui naturas omnes ipse cohibet, & continet: per particularem res cæteræ, quas etiam nonnulli naturam naturatam vocant.

2. receptio.

Secundò, accipitur natura pro cuiusque rei quidditate, seu essentia. Quo significato docet fides. a in tribus personis diuinis vnã esse naturam; & b Verbi incarnati vnionem non in natu-

De naturæ
significatis
Aristoteles 1.
Metaph. c. 4.
Boetius in li-
bro de dua-
bus nar. The-
ophilus, & si-
plicius hoc lo-
co ad text. 7.
& c. 16. Auic. 1.
Suff. cap. 6.
Auer. in epi-
tome Metap.

a In Symbo-
lo Athanasij.
b In concilio
Chalc. i Sym-
bolo fidei.

ra, sed in persona effectam fuisse. Quo item modo dicere consuevimus definitionem esse orationem, quæ rei subiectæ naturam declarat. Quamquam si propriè loquamur hoc est discrimen inter essentiam, quidditatem, & naturam; quod essentia importat ordinem ad esse rei, cuius est: quidditas ad definitionem, qua quid res sit explicatur: natura ad operationem.

Tertio, pro tota vniuersitate rerum creatarum. Quo sensu scripsit Aristoteles 12. Metaphys. cap. 7. text. 38. naturam pendere à primo principio: sicque miraculū dicimus, c. quod totius naturæ vim excedit.

Quartò, pro causis naturalibus, quatenus secundum insitam propensionem agunt. Quo pacto accepta natura multa obtinuit apud Philosophos encomia, exempli causa, Naturam nihil frustra moli-ri. d. facere optimum, quod potest. e. odisse superfluum. f. non denegare necessaria. g. non pati aliquid torpere, aut feriarī. h. abhor- rere à vacuo. i. iustam esse, & vnicuique suum distribuere, non quidem iuxta proportionem Arithmetica[m] æqualiter, sed iuxta Geo- metricam æquabiliter. k. itemque opus naturæ esse opus intelli- gentiæ. l.

Quintò, pro natiuo calore, ac cuiusque animantis temperamēto, quod ex quatuor primarum qualitatum mistione concretum est. Vnde illud apud Galenum in lib. artis Medicæ capit. 77. Natura opifex, medicus verò minister; & illud, Consuetudo est altera natura.

Denique, vt reliquas eiusdem vocabuli notiones, quæ multo plu- res sunt, omittamus, accipitur natura pro viuentiū generatione, quæ natiuitas vocatur; atque hæc est prima, & germana tam apud Lati- nos, quam apud Græcos huius vocis significatio. Dicitur enim La- tinis natura quasi à nascendo; Græcis verò φύσις ἢ ἀπό τῆς φύσεως, quod est nasci. At enim quia generatio ab interno principio oritur, deriuatum est naturæ nomen ad significandum internum cuiusque rei principium, vnde primò vnaquæque res habet, vt moueatur, si- ue illud rebus viuentibus, siue expertibus vitæ insit.

ARTICVLVS II.

RESPONSIO AD A PROPO-
sitam dubitationem.

HÆC est autem natura, quam Aristoteles hoc loco, & lib. 5. Metaph. c. 4. definiit, quæ vt progressu patebit materiam & formam comprehendit. Nec audiendi sunt Trismegistus, Py- thagoras, Plato, & alij, qui, vt partim ex 10. Platonis de Repub. & secundo de natura Deorum Ciceronis, partim ex Auicēna primo suf-
ficien-

D' crimē in-
ter essentiā,
quidditatē,
& naturam.

3.

4.

Naturæ enco-
mia.

5.

6.

Prima, ac p-
pria n turæ
significatio.

Veterū quorū-
rundam opī-
nio de natu-
ra.

d. Th. 1. p.

q. 107. art. 7.

& quodl. 4.

art. 5.

d. Arist. 1. Po

lit. c. 2. & 2.

de gener.

anim. c. 4.

e. Lib. 2. de

cel. c. 5. text.

34. & de iu-

uent & fe-

nect. c. 2.

f. Lib. 2. de ge-

ner. anim.

c. 4.

g. Lib. 3. de

anim. c. 9.

text. 41.

h. Lib. 1. Eth.

c. 7. & 2. de

cel. c. 3. text.

17.

i. Lib. 4. Phy.

à cap. 6.

k. Galenus

lib. 3. de vsu

part. c. 9.

l. Themist. 1.

de cel. c. 2.

& Auer. lib.

12. Metaph.

com. 18.

natur
icatis
eles 3.
ph. c. 4.
us in li
e dau-
ar. The
rs, & si
hoc lo
text. 7.
Auic. 1.
cap. 6.
in epi-
Metap.

Symbo
manasij.
cōcilio
i Sym
fider.

ficientiæ c. 7. & Alberto hoc in loco, tractatu primo, cap. 5. liquet, arbitrati sunt id, vnde res habet, vt naturaliter moueatur, atq; adeò naturam esse vim quandam, seu formam absolutam per vniuersas mundi partes cōmeantem, cuius solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando.

Triplex causalitas materiæ, & formæ. In se mutuo. In compositum. In operationem.

Est autem diligenter animaduertendum materiam, & formam, quod ad rem præsentem attinet, dupliciter considerari posse. Vno modo secundum se absolutè; altero secundum proprias causalitates, quas quidem exercent tum in se mutuò, dum materia formam recipit, & sustentat, rursusque forma materiam actuat, & perficit; tum erga compositum, dum ambæ mutuo complexu ipsum condunt; tū etiā in operationem seu motum, quo naturalia ab artefactis distinguuntur. Hoc igitur loco definita est ab Aristotele natura, seu forma, & materia, secundum hanc tertiam notionem, modum vè, vt ex ipsa definitione planum fiet.

Natura analogum.

Secundò animaduertendū est naturam analogum quoddam esse, vt præter alios asserit Auerroes hoc in lib. tex. 2. Syrianus apud Simplicium commento 3. & Eudemus apud eundem com. 12. itemq; Magnus Albertus tract. 1. capit. 3. Quibus suffragatur Aristoteles tum hoc lib. cap. 1. text. 12. tum 5. Metaph. capit. 4. text. 5. & 1. de partibus animalium cap. 1. dum ait formam magis esse naturam, quam materiam. Sanè quod natura, vt materiam & formam cōprehendit, non sit quid vniuocum, patet ex eo, quia alioqui vnus idēq; gradus vniuocus bis in eodem composito re ipsa contineretur. Nam corpus in commune haberet in se gradum illum naturæ, semel ratione materiæ, iterū ratione formæ; qui non potest non esse re ipsa distinctus; cum materia, & forma, in quibus contrahitur, inter se realiter differant. Est verò natura analogum secundum proportionem; quia vt se habet materia ad motum, cuius principium & causa est; ita proportione quadam forma. Obtinent etiam ambæ disparē nobilitatis gradum; cum forma sit entelechia, actus, & perfectio; materia vero pura potētia, ac propè nihil. Vnde fit vt causalitas formæ, si generatim loquamur, causalitate materiæ præstantior habeatur.

Vnde cōstet naturam nō esse vniuocum.

Natura analogum secundū proportionem.

QVÆSTIO II.

VTRVM NATURA RECTE AB

Aristotele definita sit, nec ne?

ARTICVLVS I.

APPROBATVR, ENODATVRQVE

naturæ definitio ab Aristotele tradita.

Naturam



Naturam ita definiunt Aristot. hoc loc. Natura est principium & causa, ut id moueatur & quiescat, in quo primò, per se, & non ex accidente inest. Quam definitionem optimo iure approbant, tuenturque Peripatetici omnes, ut qua nulla verior, aut magis ad rem apposita à Philosophis tradatur. Quo autem pacto ea sit intelligenda, sic habeto. Prima illius pars est, Principium, & causa, quæ vicem generis obtinet. Debet autem causa ita sumi, ut pateat in omnia ac sola quatuor causarum genera; quomodo latius funditur principium, quàm causa, ut alibi diximus. Additur autem causa principio, ad remouenda principia, quæ non sunt causæ, ut priuatio; quæ licet principium sit generationis, non tamen illius causa est. Vnde non rectè Magnus Albertus hoc in libro tractat. 1. cap. 7. priuationem ad totam naturæ definitionem admisit, repugnante Aristotele, ac nullam aliam, excepta materia & forma, naturam agnoscente, ut ex libri huius progressu, & ex 5. Metaph. cap. 4. constat.

Secunda est, moueatur & quiescat, nomen motus, ac proinde etiam quietis amplè sumendum est hoc loco, ita ut omnes mutationes physicas, siue momento, siue tempore editas comprehendat. Amouet autem hæc particula à notione naturæ ea, quæ tametsi alioqui causæ sint, non sunt tamen causæ motus & quietis, ut formæ Mathematicæ; item ea, quæ licet causæ motus existant, non tamen sunt causæ motus physici, ut substantiæ separatæ prout à se mouentur.

Tertia est, In quo inest, Per hanc excluduntur causæ externæ, à quibus res physica quoquo modo cientur, ut forma ignis respectu aquæ, quam calefacit, cœlum respectu ignis, quem mouet.

Quarta est, per se, & non ex accidente, quæ, ut Cōmentator aduertit, intelligenda est ante particulam, primò, adhibeturque ad reijciendas causas, quæ ex accidente in ipsa re, quæ mouetur, insident; cuiusmodi est ars medendi, qua, verbi causa, Hippocrates sibi ipsi sanitatem præstat, quæ iccirco natura non dicitur; quia esto causa fit, ut Hippocrates ad sanitatem redeat, non tamen ei per se, sed accidentario inest.

Postrema est, primò, hoc est non per aliud, sine ita ut nihil prius insit. Hac excluduntur nonnullæ qualitates, quæ cum causæ sint cur composita physica, quibus per se ac necessariò competunt, moueantur; non tamen eis primò insunt; quia scilicet dantur in ipsa re composita aliæ principales, ac priores causæ motuum. Quo ex genere sunt natiuus calor comparatione viuientium, grauitas respectu lapidis, aliæque id genus, à quibus licet motus, ut ab instrumentaria causa per se orientur; nihilominus aliæ sunt in re, quæ mouentur, eorum motuum antecedentes, magisque principales causæ, videlicet materia, & forma.

Naturæ definitio.

Particulatim explicatur.

Priuatio non est natura.

Nec formæ Mathematicæ. Nec substantiæ separatæ.

Nec mouentia externa.

Nec accidentariæ formæ, quæ non in suis per se.

Imo nec vllâ accidens quâ tumlibet per se cōueniat.

2. lib. capit. 1. ad text. 2.

Sunt qui verba illa, primò & per se, cum verbo, moueatur, coniungenda esse affirmant; sed non ita est; cum ea Græcus contextus verbo, inest, aperte copulet; sic enim habet ἐν ᾧ ὑπάρχει πρῶτον, καὶ αὐτὸ καὶ μνηστὰ συμβεβηκός, idest, in quo inest primò, per se & non ex accidente. Nec obstat quod Aristoteles 5. Metaph. c. 4. tex. 5. naturam definiens, particulam, primo, verbo, moueatur, adiunxerit, aiens naturam esse unde primus motus in vnoquoque est eorum, quæ natura constant; quasi dixerit naturam esse causam, cur ens naturale, in quo inest, moueatur primò Non inquam obstat; quia vt Alexander aduertit, vocabulum, primus, non idem eo loco valet, atque particula, primò, hîc apposita. Illic enim Philosophus nomine primi motus lationem intellexit, quam 8. Physicorum cap. 7. tex. 5. omnium motuum principem nuncupauit, sicque naturam definiit per eum duntaxat motum, qui ad locum pertinet, vt per omnium primum, ac maximè notum, cunctisque rebus Physicis communem.

Aliter quoque particulam, primus, exponit ibidè Alexander.

ἢ κίνησις
ἢ πρῶτη
Motus localis omnium motuum primus princeps ve.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTA ADVERSVS naturæ definitionem.

1. argum.

Preoccupatio.

ERit tamen qui superioribus hunc in modum obijciat. Corpora cœlestia, excepto cœlo Empyreo, nunquam quiescunt; totus terræ globus nunquam loco mouetur; ergo neque natura cœlestium corporum est principium quietis; nec natura terræ principium motus. Quare non rectè natura dicitur principium motus, & quietis. Nec satisfaciet qui dixerit haud oportere naturam in qualibet re principium esse motus ad locum, dummodo sit alterius mutationis principium, vt alterationis, quæ non solum conuenit terræ elemento; sed suo etiam modo corporibus cœlestibus dum affusa solis luce collustrantur. Non inquam satisfaciet cum Aristoteles 5. lib. Metaph. proximè citato loco, definierit naturam principium lationis eorum, quæ natura constât, non obscure indicans omnem naturam esse principium motus secundum locum.

2. argum.

Secundo, Quidquid naturaliter mouetur, non nisi à natura mouetur, sed corpora graua, & leua, cum in propria loca tendunt, mouentur à progenitore suo, vt 8. lib. huius operis capit. 4. text. 29. alijsque in locis Aristoteles sentit, mouenturque ab illo naturaliter, cum ipsorum motus haud dubiè naturalis sit: ergo progenitor est eorum natura: & tamen non in eis est. Non igitur natura est principium motus eius, in quo est.

3. argum.

Tertiò, Id, quod gignitur, non dum existit, cum generatio sit progressio à non esse ad esse rei; ergo si natura est causa mutationis rei, cui inest;

inest; nequaquam forma rei genita poterit dici natura respectu generationis; quod tamen à communi Philosophorum sententia alienum videtur.

Quartò, Tota naturæ definitio competit humanitati Socratis; ut pote quæ principium est, & causa cur Socrates moueatur, &c. Tota item videtur conuenire Deo respectu rerum naturalium, in quibus necessario existit: & tamen neque humanitas, neque Deus sunt natura hoc loco definita; cum non sint forma, nec materia. Igitur definitio naturæ non recipitur cum re definita.

Quintò, Non minus igni naturale est producere sibi simile, quàm ferri sursum: ergo forma ignis, quæ est natura, non minus dicitur principium mouendi id, in quo est, quàm mouendi aliud.

Sextò, Vel in definitione naturæ, quietis nomine intelligitur tam quies in termino ad quem, quàm in termino à quo; vel altera tantummodò ex his. Non tantummodò altera; cum vtriusque eadem sit ratio, saltem comparatione materiæ, quæ ad quemlibet motum, & quietem suo pte ingenio indifferens est: non vtraque, cum natura non possit inclinare simul ad opposita, cuiusmodi sunt quies in termino à quo, & in termino ad quem. Non igitur natura rectè dicitur principium, & causa, ut res quiescat.

ARTICVLVS III.

RESPONSIO AD SUPERIORA ARGUMENTA.

AD primum horum reiecta opinione Plutarchi primo de placitis capit. 1. & Magni Alberti hoc loco tract. 1. capit. 3. aliorumque putantium non definitam hinc ab Aristotele naturam corporum cœlestium, sed intereuntium duntaxat: occurrit Simplicius corpus cœleste, etsi irrequieto motu agitetur, quiescere tamen per centrum, polos, & axes, quæ nunquam locum mutant; quam interpretationem affert etiam Philoponus. Sed ea nobis minime placet, propterea quod nimis impropria, atque adeò definitioni parum conueniens sit ea quietis acceptio, ut pote, qua cœlum pariter moueri, & quiescere dicatur. Porphyrius, Themistius, Alexander, Auicenna, D. Thomas, & alij affirmant verba illa, moueatur & quiescat, disiunctim intelligenda esse; ut sensus sit, naturam esse principium motus, vel quietis, vel vtriusque. Nobis videtur ea secundum mentem Aristotelis partim disiunctim, partim copulativè accipienda esse; ita ut natura sit principium & causa, aut motus tantum, ut in corporibus

4. arg.

5. arg.

6. arg.

Simplicij responsio ad x. arg.

Responsio aliorum.

Germana solutio.

Secūdu Aris-
totelem om-
nibus corpo-
ribꝫ inest p-
pētio ad mo-
tum.

Non omni-
bus ad quie-
tem.

Cœlum non
solū ad mo-
tum, sed ad
quietem etiā
inclinatur.

Tota terre
moles habet
potētiā acti-
uā, qua ver-
gat deorsū.
Sol.2.

Sol.3.

Sol.4.

Sol.5.

cælestibus, aut motus simul & quietis, vt in cæteris corporibus. Est enim perpetua Aristotelis sententia, vt constat ex ijs, quæ docet. 3. huius operis tex. 1. & 1. de cælo, text. 5. omnibus rebus physicis, siue caducæ, siue immortales sint, inesse propensionem ad motum; itemque sphæras cælestes non habere in se quietis principium. Unde est illud, quod. 9. Metaph. cap. 9. text. 17. scripsit, videlicet non esse pertimescendum ne cælum quiescat; quia, non est, inquit, in eo potentia contradictionis, id est, potentia vt moueatur, & non moueatur; sicuti D. Thomas ibidem exponit. Quod placitum videtur etiam de communi veterum Philosophorū sensu, vt annotauit Scotus in 4. distinct. 48. q. 2.

Si tamen non quid Aristoteles senserit; sed quid sentienudm sit, quærat; placet sententia existimantium cœlum non ad motum duntaxat, sed etiam ad quietem suo pte ingenio inclinari; licet posito eo, qui nunc est, rerum ordine, non nisi miraculo quieturum sit. Itaque cœlestem naturam ex se principium esse non solū motus, sed etiam quietis. Qua de re planius, ac plenius in libris de cœlo. Ad alteram verò partem argumenti de motu terræ dicendum terræ globum, saltem ratione partium, moueri; deinde habere etiam naturalem potentiam, vt totus deorsum feratur, si à propria sede extraheretur; cui potentiæ haud necesse est respondere aliquam vim actiuā naturalem, quæ totam terram sursum leuet: sufficit enim causa effectrix descensus; quæ quidem est tum genitor ipsius terræ, tum eius forma substantialis, atque etiam grauitas, cuius beneficio suis conglobata nutibus descenderet.

Ad secundum respondendum est non omnē id, à quo res vtcunq; naturaliter cieri dicitur, naturam esse eius, quod motum subit; sed id tantum, à quo, vt à principio intrinseco mouetur.

Ad tertium, ea, quæ momento fiunt, dum fiunt iā esse; id autem, quod gignitur, momento fieri, atque ita dum gignitur, tam ipsum, quàm eius formam eodem puncto temporis actu existere. Neque officit quod prius origine sit forma, quàm res genita: vt enim forma dicatur natura respectu generationis sat est dari vtrunque in eodem instanti temporis.

Ad quartum dicendū humanitatē Socratis non esse primò causam motus, & quietis, sed partes ipsius, materiam scilicet & formam: quæ sunt ea priores; atque ita se habent, vt per eas hoc ipsum de illa à priori demonstrari queat. Deum verò non dici rebus inesse, vt hoc verbum in naturæ definitione intelligitur, & à nobis in tertia illius particula explicatum est art. 1. huiusce quæstionis.

Ad quintum dicimus etsi forma, quæ est natura, nō solū sit principium motus eius, in quo inest; sed possit etiam esse principium mouendi alia, vt hoc loco, commento. 12. aduertit Simplicius; tamen non fuisse ab Aristotele definitam naturam per principium mouendi alia, ne excluderetur materia, quæ haud dubie natura est, nec

nec aliud mouet, sed duntaxat motū in se recipit. Deinde quia maximè fuit rationi cōsentaneū vt, Arist. naturam definiret per id, quo naturalia à non naturalibus dissident; hoc autē solū est principium motus eius, in quo inest. Nam rerū quædā supra naturam eminent, vt Deus, & intelligentiæ, quæ ob eximiam suam dignitatem immobiles sunt; Deus quidem absolutè, intelligentiæ vero quatenus non habent in se principium, quo Physicè moueantur. Quædam infra naturam consistunt, videlicet res artefactæ, quæ adeò ignobiles sunt, vt nec quo ipsæ moueantur, nec quo aliā moueant, principium in se habeant. Aliæ medium locum obtinent, nempe res Physicæ, quæ neq; ita sunt abiectæ, vt principium nullius motus vendicent, neq; ita perfectæ, vt neutiquam moueri possint; sed mediam conditionē fortitæ, & aliud mouere queunt, v. c. gignendo sibi simile; & se ipsas mouere, vt locum acquirant, augetant, aliamvè eiusmodi perfectionem sibi congruentem possideant. Quo fit, vt entia naturalia, licet ab artefactis per principium mouendi se, & mouendi alia differant (vtrouque enim carent artefacta) tamen ab ijs, quæ supra naturam sunt, non nisi per principium mouendi se distinguantur. Atque adeò patet commune discrimen, quo naturalia à nō naturalibus differunt, esse quòd naturalia habeant in se principium, quo ipsa moueantur; per quod proinde natura definiri debuit, vt ex eo rerū naturalium proprietas, & essentia magis innotesceret.

Ad vltimum respondent aliqui graues Philosophi, quietis nomine non significari ab Aristotele quietem in termino à quo, sed duntaxat in termino ad quē; propterea quod natura nō inclinēt ad priorem quietem, verbi causa, ad eam, qua lapis in aere definitur, sed ad posteriorem, quam obtinet dum in natia sede consistit. Cum tamē materia, vt ipsimet fatentur, respectu motus violenti sit natura hoc loco definita; vnde & nullus datur motus, qui non sit naturalis respectu materiæ, vt in progressu dicemus; consequens est, vt eadem materia comparatione cuiuslibet quietis, etiam violentæ, natura sit, atque adeò, vt in naturæ definitione omnis quies promiscuè intelligi debeat. Nam esto composita physica non inclinentur ad omnem quietem ex parte formæ; inclinantur tamen ex parte materiæ, quæ natura quædam est hūc definita. Nec est absurdum eandem materiā inclinari simul ad quietes oppositas, dūmodò non inclinētur ad eas simul obtinendas: quemadmodum nemo negarit inesse eidem materiæ simul propensionem ad qualitates contrarias, veluti ad candorē, & nigredinem, esto ijs simul affici non possit.

QVAESTIO III.

VTRVM DEFINITIO NATURÆ

principio dūtaxat passiuo conueniat, an non?

ARTI-

Tripartita rerum distributio quoad motum.

Quædam supra motū consistunt.

Quædam infra.

Aliæ in medio.

Primo ratio.

Sol. 6.

Quietis nomine quæ nā quies intelligatur in definitione.

Alia ratio.

Ratio.

ARTICVLVS I.

DIVERSÆ PHILOSOPHORVM

sententiæ, & earum confutatio.



SCOTVS in 2. distinctione 18. quæst. vnica, & eius sectatores, itemque Burlæus hoc loco, & vt videtur Simplicius commento 12. tex. 16. & 17. sic naturæ definitionem interpretantur, vt nomine principij & causæ solum principium passiuū designari putent, statuuntque nulli actiuo principio, quia tale est, sed passiuo tantum naturæ notionem conuenire. Quauis enim ipsam quoque formam naturam esse fateantur; aiunt eam haud quaquam naturam dici, nisi quatenus principij passiuui rationem obtinet, id est, pro vt materiam aptam, habilemque reddit ad motum excipiendum.

Opinio Scoti & aliorum.

Prima ratio Scoti.

Probat verò opinionem suam Scotus hoc modo. Propterea mutatio naturalis dicitur, quia est à natura; omnis autem naturalis mutatio est à principio passiuo tantum. Igitur natura non est principium actiuum, sed passiuum. Maior, & consequutio perspicuæ videntur. Minor suadetur, quia ea mutatio dicitur naturalis, quia vnūquodque aptum est mutari à quocunque agēte mutetur. Hoc autem nulli rei physicæ conuenit ob actiuum principium; sed passiuum tantum: sicut enim res non mouetur, nisi quia patitur, ita nec mouetur naturaliter, nisi quia motum recipit.

2. ratio.

Secundò ita disputat. Natura, qua natura, est principium internum eius, quod mouetur, sed principium motus non est internum rei, quæ mouetur, vt actiuum est, sed vt passiuum; siquidem accidit, verbi causa, ægroto qui sanatur, habere in se artem, qua ad sanitatē moueatur. Igitur natura, qua natura, passiuum tantum, non actiuum principium censi debet.

Aliorum sententia superiorum aduersa.

1. arg.

2. arg.

Alij superioribus ex aduerso oppositi arbitrantur naturæ nomine solum principium actiuum comprehendere; quia si principium passiuum esset natura, quilibet motus, etiam violentus, esset rei physicæ naturalis; quandoquidē omnis motus habet principium passiuum in re, quæ mouetur. Præterea idem confirmatur, quia Aristoteles cap. 2. huius libri, tex. 2. & 3. discrimen constituit inter naturalia, & artefacta, quòd illa habeant in se principia suorum motuum; hæc verò minimè: loquebatur autem de actiuis principijs: nam passiuua vtrisque communia sunt, vt patet in statua, quæ non minus apta est ad recipiendum in se suum motum, quàm rude lignum. Quare in solo principio actiuo videtur Aristoteles naturæ rationem ponere.

Refutatio prioris sententiæ.

Neutra tamen harum opinionum, aut vera, aut Aristotelica est. Non prior, quia rebus natura constantibus non minus naturale est agere

agere, quam pati, & mouere se, quam moueri à se, vt planum est in viuentibus, quæ operationes suas ab interno principio actiuo naturaliter edunt. Quare non minus propriè dicetur natura principium actiuum, quam passiuum. Item quia formæ ignis comparatæ ad motum, quo in superiora tendit, prout est illius causa efficiens, conuenit tota naturæ definitio. Cum igitur forma ita sumpta sit principium actiuum; negari non poterit aliquod actiuum principium, quia tale, esse naturam. Tertiò quia si Aristoteles nomine principij & causæ passiuum duntaxat principium significare voluisset, vtique per eas particulas artem medendi à naturæ definitione exclusisset.

Posterior quoque sententia & Aristoteli, & veritati repugnat. Aristoteli, quia cap. 1. tex. 10. & c. 2. tex. 21. & c. 8. tex. 81. huius libri disertis verbis docuit non solum formam, sed etiam materiã esse naturam, quod repetit libro 5. Metaph. cap. 1. tex. 5. Rationi, quia cum essentia compositi naturalis, non ex sola forma, sed ex materia etiam constet, non forma tantum, sed materia quoque natura erit; quandoquidem essentia cuiuslibet compositi physici, quia tale est, ex naturis coalescit.

Impugnatio
posterioris.

ARTICVLVS II.

EXPLICATIO VERÆ OPINIONIS,
& argumentorum aduersarum
partium dilutio.

Peripatetica igitur, & veritati consona doctrina est, naturæ definitione comprehendi tum materiam, tum formam; & illam quidem principium esse passiuum motus eius, in quo est; hanc verò actiuum; tametsi hæc non semper actiuum principium sit; sed interdum formale: quo pacto se habet anima ad vitales functiones, quarum non solum efficiens, sed etiam formalis causa est, teste Aristotele 2. lib. de anima cap. 4. tex. 36. & 37. eodemque modo affecta est cœlestis forma erga motum circularem, ad quem cœlum, non ex parte materiæ duntaxat, sed etiam ex parte formæ suo pte ingenio inclinatur. Nec verò putandum est huiusmodi propensionem à forma ipsa distingui, aut illi vt quidpiam adiectitiũ inesse. Est enim idem prorsus cum ea sicuti inclinatio materiæ ad formam idem omnino est cum materia.

Tam formã,
quam mate-
riam esse na-
turam.

Forma cœli
est causa for-
malis sui mo-
tus.

Nunc ad primi articuli argumenta respondeamus. Ad primum Scoti pro priori sententia dicendum multa esse, quæ non solum ob principium passiuum; sed etiam ob actiuum, quod in se habent, naturaliter apta sunt moueri, vt viuentia. Quare concessa maiore propositione negetur minor, & quod ad eius probationem assumitur.

Responso ad
1. arg Scoti.

Quan-

Quamquam enim res non mouetur nisi quia patitur, potest tamē ob id etiam naturaliter moueri, quia se ipsam mouet, atq; ita erit ei motus naturalis ratione principij passiui, & actiui simul.

Ad.2.

Ad secundum admittenda est maior propositio; assumptioni, verò occurrendum etsi principium motus ex eo quod actiuum, nō necessariò internū esse debeat; cū multa principia actiua motus externa sint; aliquando tamen principium efficiens motus necessariò internū esse, vt in viuētib; quo pacto non se habet ægrotus cū artis suæ beneficio sanatur, qui istius motus principium in se ipso ex accidente habet.

Sol. 1. pro 2.

opi.

Omnes motus comparatione materiæ naturales sunt.

Ad primam verò earum rationum, quibus secunda opinio nitetur, respondendum est omnes motus comparatione materiæ naturales dici posse; non omnes tamen respectu compositi physici naturales esse: quia sicuti potior natura est forma, quàm materia; ita vt motus alicui composito naturalis sit, formæ magis, quàm materiæ habenda ratio est: proindeq; esto ad quemlibet motum materia inclinatur, nisi ad eum forma ipsa propensionem habeat, non erit rei compositæ simpliciter naturalis existimandus; sed aut violentus, si ei forma obnitatur, aut præter naturam, si neq; ad eum procliuitatem, neque repugnantiam vendicat. Quod si quis vrgeat naturam esse causam, vt id, in quo inest, idest, ipsum compositum physicum naturaliter moueatur. Occurrendum, fat esse ad rationem naturæ si causa sit, vt ipsum compositum moueatur naturaliter; vel absolute cum motus à forma oritur, vel secundum quid, cū non prouenit à forma, sed in materiam tantummodò recipitur. Nec repugnat eundem motum alicui simpliciter violentum esse, quia forma in contrarium nititur; & aliquo modo naturalem; quatenus materia habet insitam vim receptiuam omniū motuū, siue eis forma repugnet, siue obsequatur.

Sol. 2.

Discrimē inter naturalia & artefacta.

Ad secundam respondemus discrimen traditum ab Aristotele inter naturalia, & artefacta sic esse intelligendum vt nullum artefactū, qua tale, habeat in se principium determinatū, ac certū, siue actiuū, siue passiuum sui motus; quod verissimum est. Nam cū, verbi gratia, statua indifferenter ex ære, auro, aut ligno conflare possit, ex se non magis hoc, quàm illud principium, etiam passiuum, sui motus vendicat, quod in rebus naturalibus multò secus accidit.

QVÆSTIO IIII.

VTRVM ANIMA IN NATV-
ræ definitione contineatur.

ARTI-

ARTICVLVS I.

OPINIO EXISTIMANTIVM

non contineri; eiusque refutatio.



Ametli proxima disputatione mōstratum fuerit nō rectē principiū actiuū à naturæ definitione remoueri; adhuc tamen peculiaris existit dubitatio circa animā, quæ fons est vitaliū functionū, earūq; principiū actiuū. Nā Simplicius ad textū primū, & secundū huius libri, atque, vt idē refert, Eudemus, itēq; Magnus Albert⁹ hoc loco tract. i. c. 2. & libro de origine animæ c. 4. & Auicēnā primo sufficiētia c. 5. arbitrātur animā nō esse naturā. Primū quia natura, vt testatur Aristoteles 9. Metaph. c. 2. tex. 3. præfinita & determinata est ad vnū; at anima nō ad vnā, sed ad omnes loci differentias motum efficit.

Lege 4. c. lib. 3. de diuina sapient. secundū Aegypt.

Secundò, quia Peripatetici tria faciunt principia, naturā, animā, & intellectuicē vim; vbi animā à natura distinguunt. Tertiò, quia saltem anima humana nullo modo videtur esse natura; cū Aristoteles 1. de partibus animalium cap. 1. perspicuè ostendat non esse Physici negotij animum rationis participem considerare, propterea quod natura non sit.

Contraria tamen opinio tuenda est, quam sequuntur Alexander apud Simplicium hoc loco com. 3. Auerroes, & Themistius ad tex. 3. & maior, ac melior Philosophorum pars. Primū quia tota naturæ definitio, vt omnes eius partes consideranti planum erit, conuenit animæ. Deinde quia nutritio, accretio, cæteraque vitales functiones cōnumerantur ab Aristotele hoc libro cap. 1. tex. 1. inter motus naturales, haud dubiè quia oriuntur à natura; oriuntur verò ab anima. Præterea quia Aristoteles cap. 8. text. 80. stirpium, & animantium exemplo suadet naturam alicuius finis gratia operari, & 1. de partibus animalium cap. 1. docet ad Physicum attinere de anima sentiente, & vegetante absolutè disceptare, quia sunt naturæ. Negari igitur non potest in Peripatetica disciplina animam verè ac propriè naturam esse.

Quòd autē concedendū sit nō cæteras tātum animas, sed intellectuicā quoque, esse naturā, probatur ex eo, quia oīs forma substāntialis corporis physici est natura; siquidē, vt ex superiori capite liquet, naturæ notio tam materiā, quàm formā cōprehendit; at anima intellectuica est verè, & essentialiter forma humani corporis, vt est decretum in Concilio Lateranensi 3. sub Leone decimo sess. 8. & in Viēnensi sub Clemente 5. & refertur in Clementina de summa Trinitate, & fide Catholica. Atque illud etiam monemus animum rationis compotem non secundum alios tantum gradus, vt sentiendi, & vegetandi; sed etiam secundum gradum intelligendi naturā esse.

Affertores partis negatiuæ.

Animam esse naturam.

Etiam intellectuicē animam naturā esse.

Concil. Lateranense. Viennense.

Namque sub eo etiam gradu est verè forma compositi physici, nempe hominis, ultimam ei differentiam cōferens, atque eius esse absolvens, quod proprium formæ est.

Reijcitur sententia Platonis, & aliorum.

Quare minimè pbam⁹ eā sententiā, cui⁹ auctor fuit Plato, assertores Themisti⁹, Simplicii⁹, Philoponi⁹, & de Latinis nonnulli, qui volūt animā humanā, put intellectiua est, gubernatoris dūtaxat, nō verè informātis locū in corpore obtinere, atq; adeò secundū eū gradū nō esse verè formā corporis. Licet enim intellect⁹ corpori nequaquam hæreat; id tamē nō impedit quomin⁹ intellectiua anima, cui insidet, secundū gradū intellectiuū, qui ab ei⁹ substātia re ipsa nō distinguitur, verè, ac ppriè corpus informet. Quae de re plura in 2. de anima.

ARTICVLVS II.

SOLVTIO ARGVMENTORVM

primi articuli.

Quò sēsu dicitur natura ad vnū determinata.

NVnc eorū argumētis, qui animā è naturæ definitione excludebāt, occurramus. Ad primū respondendū est, cum natura determinata ad vnū dicitur, nō accipi naturæ nomē in toto significationis suæ ambitu; sed paulo pressius, vt ijs tantum cōuenit, quæ sine delectu operatur; quo sēsu (vt Scotus in quodlibetis q. 2. explicat) iccirco natura ad vnū determinata perhibetur; quia cum libertatis expers sit, nequit è multis hoc, aut illud pro arbitrato suo eligere; sed ad vnū definitè cōtēdit. Ad secundū, in illa etiā partitione agustè admodū vsurpari naturæ nomē, prout nimirum materiam, & formam rei duntaxat inanimatæ comprehendit.

Huius effatūberiorē explicationem habes apud Zimaram in theoromāt propos. 22.

Explicatur locus Aristotelis 1. de partibus animalium cap. 1.

Ad tertiū, Aristotelē humani animi cōsiderationē nō omnino Naturali Philosopho adimere; sed tātum velle eā nō ōni ex parte Physicā esse, vt alibi explicuim⁹. Nec absolutè negare animā intellectricē esse naturā; sed quoad eas affectiones, quæ ipsi à corpore abiūctæ, & extra materiæ facē cōueniūt, vt esse in loco definitiue, capere intelligibiles rerū notiones superni luminis ifluxu, & quædā alia, quorū merito vt ad statū substantiarū separatarū quodāmodo ascēdit; ita si secundū eā præcisè rationē spectetur, natura nō est. Itaq; Aristoteles per id humanā mentē ab alijs rerū viuentiū formis eo loco secernit, quòd illa cum immortalis sit, ac multò p̄stātioris notæ, à corpore abscedēs trāsnaturalē cōditionē, ac fortè adire queat, hæ vero minimè.

In proemio huius operis q. 4. art. 3. ad 4.

QVÆSTIO V.

VTRVM ARS, ET NATVRA SIMILITVDINIS RATIONEM INTER SE HABEANT?

ARTICVLVS I.

QVIBVS INTER SE REBVS

conueniant.



Voniam ex naturæ, & artis collatione illustrior euadet naturæ cognitio, eas hoc loco inter se conferemus. Mirificè igitur inter se conueniunt, pariterque differunt ars, & natura. Cōueniunt primò, quia naturæ opera procedunt sicuti opera artis, id est, certa præscriptione, ratis legibus, compositè, & ordinatè. Quod Philosophos, (non eos hic intelligas, qui præter pallium, nihil Philosophi habuere) ad eam mentem excitauit, vt intelligerent, faterenturque res physicas diuinæ artis prouidentia & solertia gubernari; videlicet quia intuebantur dissimilium rerum, ex quibus vniuersum constat, varietatem in vnum ordinem conuenire, & compositione, quod artis proprium est, contineri. Vnde naturam artem Dei, & Deum *Ἀριστοτέλει*, id est optimum artificem dixerunt; & Plato duplicem artem posuit, vnam diuinam, humanam alteram; atque humanæ omnia, quæ artificum opera elaborantur; diuinæ vniuersa, quæ natura fiunt, attribuit.

Secundo. Cōueniunt, quia sicuti agens naturale effectū producit sibi cognatum, ac similem ratione formæ ex qua ipsum constat; ita artifex opus effingit intelligibili formæ, siue exemplari à se concepto, proportionem respondens. Sic verò vt formæ naturales habent primò esse in agente, in quo potestate continentur, quod virtuale nuncupatur, deinde in materia, quam idem met agens apparat; ita artefactorum formæ obtinent primò esse in mente artificis, quod ideale dicitur; postea verò in materia, quam idem artifex perpolit.

Tertio. Quia sicuti ars naturam, ita natura Deū supponit. Id est, quemadmodum ars nihil efficit, nisi suppeditato sibi cōposito Physico, in quo artificiosam formam concinnet: ita natura nihil gignit, nisi præiacente materia à Deo creata, in quam naturalem formam inducat. Sicque per hos gradus res in lucem exeunt; Deus profert è nihilo: natura ex ente potentia: ars ex ente perfecto: Deus creando; natura generando; ars componendo, concinnando uè.

Quarto. Quia tam ars, quàm natura sensim proficit, & ab imperfectioribus ad perfectiora incedit. Ars enim, verbi gratia, pictoris primò susceptum opus leuiter adumbrat; tum in omnem colorum varietatem paulatim conformat, ac tandem perficit: & canendi ars musicos, priusquam ad rem veniant, proludere non nihil iubet. Natura item, exempli causa, in effingendo fætu (quod in cæteris etiam suo modo seruare consuevit) initio rude quid line membrorum distinctione exhibet; tum sensim expolit, donec animal perfectis lineamentis in decentem speciem statò tempore absoluat. Sic intellige quod scripsit Aristoteles in *problematis* sect. 10. probl. 44. naturā facere prauè oīa, & plura praua, quàm recta; videlicet quia in p̄creatione animatiū (d̄ ijs enī illic sermo erat) à p̄cipio prauè agit, id est, ip̄fectè, & quasi rudi penicillo; & plura facit praua, quàm recta, id est, plura ip̄fecta, & ignobilia. Nā siue terrestria, siue aquatilia, verbi gratia, cōtēplemur, haud dubiè multò āpliorē multitudinē eorū, quæ inferiori

De hac re
Philo lud. in
lib. de Mo-
narchia.

lege d. Aug.
lib. 8. q. 5. Seco.
in 4. d. 1. q. 1.
Aug. quodl.
1. q. 1.

Natura ars
dei.

Formæ artifi-
ciales habent
primò esse
in mente ar-
tificis.

Per quos gra-
dus res pro-
deunt in lu-
cem.

Natura & ars
paulatim p̄-
ficiunt.

gradu stant, inueniemus. Nimirum quia ut vnumquodque excellit magis, ita plura exigit, proindeque difficilius, & rarius in vitam prodit.

Lege Arist. 2. de anima c. 4.

Natura mensura artis: ars regula artificum.

Quinto. Quia sicuti natura est mensura artis; ita ars est mensura artificum. Et ut natura diuinam artem; ita humana ars naturam, quoad eius fieri potest, æmulatur. Quocirca ars diuina exemplar naturæ; & natura diuini archetypi exemplum, simulque exemplar humanæ artis dicitur; & à quibusdam etiam ars humana, nunc altera natura, nunc naturæ simia appellari consuevit, ut pote quæ ex natura multa effinxerit, ut ex umbra picturam, ex antris ædes, ex auium volatu vela, ex piscium pinnis remos, ex cauda gubernaculum. Sanè verò ut natura, quo diuinæ artis præstantiam magis exprimit, eò altiorem gradum obtinet; ita ars tanto commendatur amplius, quanto ad naturam propius accedit, resque veris viciniores imitando exhibet; ita ut quæ viuentes referunt, spirare ipsæ videantur. Quale illud.

Quo pacto ars sit naturæ emula Hugo lib. 1. Didal. calō.

Ars naturæ simia.

Artis Phidiacæ toreuma clarum,
Pisces aspicias: adde aquam natabunt,
Et aliud de lacerta.

Martialis lib. 3.

Lib. 5.

Inserta Phialæ Mentoris manu ducta,
Lacerta viuit, & timetur argentum.

Zeuxis, & Apellis mira opera.

Hac artis excellentia Zeuxis vvas pinxit adeò veritate repræsentata, eò ut aues aduolarint. Hac Apelles Alexandrum magnum fulmen tenentem expressit, ita ut digiti eminere, & fulmen extra tabulam esse videretur; tanto operis, & famæ successu, ut vulgo dicerent duos esse Alexandros, vnum Philippi filium nullis viribus superabilem; alterum, opus Apellis, nulla arte imitabilem.

Quæque res alia in se perfectiore imitari nititur.

Sed illud hic quoque obiter aduerte, res creatas non solum diuinam artem æmulari; sed vnamquæque earum aliam se perfectiorem pro suo captu exprimere. Nā terra v. g. animalis speciem præferat, quod habeat subterfluentes aquas, tanquam venas; faxeos montes pro ossibus; plantas, & herbas velut capillos, ut præter alios tradit auctor operis de diuina sapientia secundum Aegyptios, lib. 8. c. 2. Et vniuersim inferiora corpora ad cœlestium rationem se se, ut possunt, accommodant teste Aristotele 9. Metaph. c. 9. text. 18. videlicet, quia ut cœlestia iugi motu circumeunt, ita sublunaria quasi in orbem perpetuò oriuntur, & occidunt; & ut stellæ errantes nunc magis nunc minus ad nos accedunt, ita in subcœlesti mundo alia, atque alia rerum facies, & vicissitudo secundum quadripartitā anni varietatem, conspicitur. Quin & ipsi etiā cœlestes globi alias diuiniore causas imitantur, nimirum intellectuales substantias, quatenus ut hæc intelligendo ad alia procedunt; deinde reflexa cognitione in se recurrunt; sic illi ab eodem ad idem punctum perenni agitatione cōmeant.

Opus de diu. sap. secundum Aegyptios. in cetera auct.

Sexto. Quia ut in rebus naturalibus, ita in ijs etiam, quæ artificioso studio elaborantur casus locum inuenit. Et in naturalibus quidem multa passim occurrunt exempla. In artefactis duo quæsimillima à scripto-

Lege etiā Plu-
tharch. in li-
bello de for-
tuna.

scriptoribus celebratur, quæ Plinius lib. 35. Naturalis historiae, cap. 10. commemorat.

Septimò, Quia, vt Aristoteles docet hoc in libro cap. 8. tex. 86. neque natura (sumit autē naturam prout ab anima intellectuā distinguitur) neque ars deliberat; quod tamen non de quavis arte intelligi debet, siquidem medicina, nauigatoria, & mille id genus deliberant; sed vt Aristoteles ipse 3. Ethicorum cap. 3. explicat, de ijs, quæ per certa, & statuta media finem attingunt, cuiusmodi est ars saltandi, & effingendi literas. Quod hisce verbis Themistius quoq; edisserit, non cōsultat faber lignarius, vtrū prius secandū sit, aut dolandū, nec grammaticus, quēadmodum literarum elemēta scribēda sint, hoc est A. aut B. Nec verò cū Cleonē scribit, cogitat, quā primā, quam secundā literam collocet, ædificator etiam non consultat vtrū iacienda primò fundamenta sint, an parietes construendi, an tectum apponendum. Eodem modo textor, & lapidicida, dum suo officio funguntur, non consultant; sed habet sibi suum quisque certum, finitumq; opus, nec ordinem ad finem propositū pertinentē ignorat.

Quæ artes de-
liberant, quæ
non.

ARTICVLVS II.

QVIBVS REBVS INTER

se dissideant.

Differunt quoque ars & natura multifariam. Primò, quia ars non efformat veras res, vt veram arborem, sed veri imitatrices, & vt quidam rectè ait, verè falsas, dum veris ludit coloribus ad veri speciem referendam ex arte collocatis. Atque hinc est, quod picturas, vigilantium insomnia nonnulli appellarunt; quod in illis non res ipsæ quoad esse proprium; sed rerum dūtaxat imagines se ostendant.

Secundò differunt, quia quoties ars, & natura ad opus aliquod faciendum conspirant, ars perficit naturam, vt docet Aristoteles c. 8. huius libri tex. 79. Præterea ars obtinet locum ducis, & regulæ; natura verò est, quæ formatur, ac regitur, vt patet in eo, qui arte canit. Nec tamen propterea simpliciter asserendum est artem præstare naturæ, vt aduertit Plotinus Ennead. 4. lib. 1. & Galenus lib. 6. de morbis vulgaribus commento 9. licet enim effecta naturæ, vt vox, & pedum agitatio ab artis præscriptione modificentur; simpliciter tamen suum esse à natura capiunt.

Tertiò, Quia vt D. Thomas 2. contra gentes cap. 76. ait, formæ per artem inductæ, artis actionem non consequuntur, sicuti formæ à natura editæ. Nec enim domus aliam domum, quemadmodum equus equum alium progignit. Huiusce autē discriminis ratio est, quia naturales formæ vt eundē in progenitore, & in re genita essēdi

Cur artifi-
ciales formæ
nō consequā-
tur actionē
artis.

mo-

modum obtinent; ita eandem sortiuntur agendi vim; at artificiosa aliter in mente, ideoque artificis; aliter in rebus ipsis artefactis insunt, ut planum est.

Ars incipit
vbi natura de-
finit.

Quartò, Quia cum forma rei, quæ interit, in instanti generationis abscedat, vel extingatur, simulque omnia illius accidentia abolcatur, fit inde ut forma naturalis adueniat enti in potentia, idest, nudæ materiæ; cum tamen formæ artefactorum superueniât enti actu, siue rei iam perfectæ, & absolutæ, idest, toti composito. Vnde ars dicitur ibi incipere, vbi natura definit.

Quintò, Quia ut obseruat Plotinus, cap. 1. lib. 8. Ennead. 3. & Auerroes in sua paraphrasi super lib. de ortu, & interitu, ars in externa superficie præcipuè versatur; quia videlicet externam faciem, & elegantiam potissimum affectat. Natura verò in abditioribus elaborandis impensius occupatur; ut quæ rebus magis necessaria, ac posterioris momèti sint, proindeq; ab optima parête curari magis debeât.

Lege Eustratium ad cap. 4 lib. 6. Eth. Auerroè 12. Metaph. cõ. 18. A Egidiâ quodl. 2. q. 12. Alexandrâ in opusc. de mixtione.

Formæ arte-
factorum nõ
habent vim
actiuam.

Sextò, Quia formæ naturales sunt actuosæ, & quasi viuæ; formæ verò artefactorum tanquam stolidæ, & emortuæ, nullam effectricem vim habentes; utpote, quæ nihil aliud sint, quàm compositio, ordo, & figura, seu modus quidam ac determinatio quantitatis, ut constat ex ijs, quæ docuit Aristoteles primo huius operis c. 5. tex. 46. Ideòque ut quantitas suo pte ingenio est ignaua, & iners, dataque à natura quasi altera materia ad sustinenda accidentia: ita formæ per artem inductæ nullam ex se ad agendum efficacitatem obtinēt. Atq; hinc est quod res naturales possunt habere in se motionis et quietis principium; artefactæ verò, qua tales, non item, docente Aristotele non solum hoc libro cap. 1. tex. 2. sed etiam in 6. Ethic. cap. 4. & 12. Metaphys. cap. 3. tex. 14.

QVÆSTIO VI.

POSSIT NE ARS OPERA NATURÆ moliri, an non?

ARTICVLVS I.

QVIBVS ARGVMENTIS videatur posse.



Tea, quæ de artis, naturæque conuenientia, & discrimine tradidimus, apertiora fiant, expendendum hoc loco erit possit ne ars naturæ opera efficere. Quòd enim possit, videtur ostēdi imprimis, quia (ut alia huiusce generis

com-

complura omittamus) Dædali statuę, sicuti Aristoteles 1. Politicorum cap. 3. & 1. de anima cap. 3. tex. 44. & Plato in Menone aiunt, huc illuc sponte discurrebant. Item quia legimus apud Philostratū in Apollonij Tyanei vita tripodes quosdam aureos in Iarchæ gymnosophistæ conuiuio se ipsos motasse; & aureos pincernas conuiuio operam suam præstitisse. Item quia, teste Fauorino apud Gellium lib. 10. Noctium Atticarum cap. 12. Archytas columbam ligneam confecit, ponderibus, atque aura intus inclusa, ita libratam, vt medio aere suspensa volitaret. Deinde quia notū est Archimedē sphaeram vitream fecisse, vbi astrorum ortus, & obitus, defectus solis, & lunæ, & denique omnium cœlestium sphaerarum, syderumque cōuersiones rata ordinis constantia, & æquabilitate distinctæ visebantur; quod humani ingenij miraculum imitatus postea est Posidonius, vt testatur Cicero lib. 2. de natura Deorum.

Dædali statuę.

Tripodes Iarchę.

Columba Archytę.

Sphæra Archimedis. Et Posidonij.

Secundò. Quædam artes edunt effectus, ad quos natura non pertingit; ergo & à fortiori eos, quos natura edere potest. Probatur assumptum exemplo annulorum, & imaginum Astronomicarū, idest, quæ certo astrorum situ, & influxu compinguntur, quarum vi multa supra vsitatum cursum naturæ effici tradunt auctores, vt Porphyrius referente D. Augustino 10 libro de ciuit. cap. 11. Plato in 2. dialogo de iusto, Plotinus cap. 40. lib. 4. Ennead. 4.

2. arg.

Imagines Astronomicę.

Præterea idem conuinci potest artificio Alchymicæ, cuius professores verum aurum abs se fieri prædicant; verisimile autem nõ est semper eorum operam, & sumptus in fumum abire. Quare non videtur negandum multa naturæ opera artis ingenio effici; imo & in nonnullis artem non naturam æmulari, sed vincere.

3. argum.

ARTICVLVS II.

PROPOSITÆ CON-
trouersię explicatio.

TAmentsi proposita quæstio amplam disputandi segetem offerebat, ne tamen æquo longiores simus, rem quam fieri possit breuiter expediemus. Conclusio sit. Neq; ars, neq; artificialis forma aliquod naturæ opus vi sua efficere valet. Probatur; Nam in primis ars non aliter cum artifice concurrit, quàm tradendo ei regulas, & præcepta operis faciendi: at huiusmodi regulæ non habent vim inducendi naturalem aliquam formam in materiã. Idem quoque de forma artificiali ex eo patet, quia, vt superiori quæstione ostendimus, formæ per artem inductę nullam ad agendum vim obtinent.

Conclusio.

Probatio.

Sed enim aduertendū est, licet neque ars, neque forma artis queat per se motum efficere; posse tamen ei modum quendam adhibere,

vt videlicet hoc, aut illo pacto fiat; sicque saltatio, quæ facultate motrici in membris hærenti exercetur, ab arte habet, vt eleganter, concinnè, & numerosè exerceatur. Sic etiam cum aliquid per artem è plano fit acutum, artis beneficio celerius mouetur; nõ quod figura ipsa plana, aut acuta ad motum efficienter concurrant; sed quia plano corpori plus medijs se se opponit, quàm acuto; atque ita facilius hoc, quàm illud interiecti corporis repugnantiam vincit. Quare Aristoteles ad calcem lib. 4. de cælo.

Ars applicando naturalia actiua passiuis efficit multa nature opera.

Adieci- mus in conclusione, vi sua, quia aliena vi, idest, applicando naturalia actiua passiuis, non dubiũ quin ars multa nature opera efficiat, vt patet in Medicina, quæ natia herbarum virtute egris corporibus sanitatem reddit, & in multis artibus, quæ adhibito igni, alijsve eiusmodi causis naturalibus variè materiam immutant. Quare itè ratione demones, vt superiori libro diximus, diuersas formas, etiã animantium, imperfectorum tamen, in materiam inferunt; sic enim dæmonum ope Magi Pharaonis, serpentes exhibuere, non adumbratos, sed veros, vt sentit D. Augustinus 3. libro de Trinitate, c. 7. & in libro octoginta trium quæstionũ q. 76. Origenes homilia 13. in Marcum, D. Thomas de potentia q. 6. art. 5.

Cap. 9. q. 10.

Exod. c. 7.

Consecrariũ.

Malefici vt feras, & homines excantent.

Error Porphyrij.

Ex dictis duo inferuntur consecraria. Primum est, cum malefici incantant serpentes, feras detinent, homines à statu mentis deiciunt, & turpi amore irretiunt, aliaque eiusmodi complura efficiunt; non posse ea à characteribus, & figuris, quibus ad id vtuntur, proficisci; sed præstari dæmonum industria, qui ad ea signa tacito vel expresso fædere accurrunt, vt hominum mentes ludificent, & superstitione imbutas à veri Numinis cultu auocent. Hinc D. Augustinus 10. libro de Ciuitate Dei, cap. 11. Porphyrij confutat errorem, qui inter vitiũ sacrilegæ curiositatis, & Philosophiæ professionem, sententijs alternatibus fluctuans aiebat per figuras, & imagines Astronomicas, quarum ante meminimus, admirabiles in terra effectus edi. Quare in re dupliciter errabat; primum, quia formis corporum artificialium vim agentem tribuebat; deinde quia demones à culpa vindicare nitebatur, eorum præstigias, & maleficia in cælestium corporum afflatus conferendo.

Alterum consecrarium.

Iudicatorum circumforanei.

Alterum consecrarium est artificio naturalis Magiæ occultas naturalium causarum vires inter se copulantis, multa absque interuentu dæmonum fieri, quæ licet admirationem excitent, quod supra nature facultatem effici videantur; re vera tamen physicam habent rationem. Quale est videri extendi per triclinium vitem; apparere subito conuiuas õnes truncos, aut asininis capitibus, & alia; de quibus scripsit Guilielmus Parisiensis in suo opere de vniuerso corporali, & spirituali. Quibus etiam similia non pauca circumforanei ludificatores aspectui exhibent arte exercitatisima, quæ celeri motu, atque agitatione defixum in res obtutum frustratur.

ARTI-

ARTICVLVS III.

PRIMI ARTICVLI ARGVMENTIS
nihil contra proximè dicta concludi.

Argumenta verò initio proposita sic erunt explicanda. Ad 1. dicendum statuas, aliaque id genus artefacta nō moueri à suis formis, nec ab arte; sed à natura, compositis intus latenti artificio machinulis, & argento viuo, alijsuè eiusmodi, quæ motum illū efficiant, sicuti videmus in horologijs, quæ libratis certa ratione ponderibus cientur. Itaque hæc motiones ars non efficit, sed modificat & attemperat.

Ad 2. Neque annulos, neque imagines Astronomicas vllam ex se ad tales effectus vim habere, aut illam è cœlo excipere, vt ostendit D. Thomas 22. q. 96. art. 2. Quare quæ de eiusmodi rebus circumferentur vel ad fabulam pertinent, vel ad dæmonum præstigias.

Ad 3. quid respondendum sit, proxima quæstione statuemus.

QVÆSTIO VII.

NUM CHYMICÆ ARTIS INDVS-
tria verum aurum efficiat.

ARTICVLVS I.

QVI NEGATIVAM PARTEM
sequantur, & quibus argumentis.

VRI sacra fames vt aurum inueniret, chymicam excogitauit, artem naturæ vel æmulam, vel inuidam, quæ aurum progignere studet, quod terra à se progenitum gremio cohibet, ne si pariat, non tam aurum fundat, quàm venenum luxuriæ, & auaritiæ. Hæc igitur ars, num verum, atque omni ex parte probatum aurum efficiat, in controuersia est. Efficiat, inquam, non vi sua; sic enim non posse, ex ijs, quæ superius disputata sunt, constat; sed applicando naturalia actiua passuis, hoc est, adhibendo variam permixtionem, & temperiem sulphuri & argento viuo, quam perhibent communem esse materiam argēto, & auro, cæterisque metallis procreandis, vt testatur Magnus

Commonis
materia gignendis
metallis.

Albertus lib. 3. de mineralibus, cap. 9. & Leuinus lib. 2. de occultis naturæ miraculis, cap. 32.

Affertores
partis neg.

In hac controuersia D. Thomas 2. sententiarum d. 7. q. 3. art. 1. & de potentia, q. 6. art. 1. Aegidius in 3. quodlib. q. 8. post Auerroem in paraphrasi ad primum librum de generatione animalium, & Auicennam in suis commentarijs Meteororum, & Hassem nobile Philosophum, quem refert Albertus loco citato, arbitrati sunt aurum chymicum non esse verum, sed fucatum. Probat autem id D. Thomas ex eo, quia forma auri non videtur induci nisi vi caloris ætherei, & à sole præsertim dilapsi. Vnde aurum confectum calore igneo, quo chymici artifices vtuntur, non nisi adulterinum erit, vt pote ab illegitimo parente editum. Accedit quòd verisimile omnino est naturam ad auri generationem solam mineram delegisse terræ sinu inclusam, quò vndique, vt veteres aiebant, deorum cætus, idest, cœlestium corporum vires, confluunt.

Prima ratio
à calore.

Secunda ratio.
à venâ minerali.

Tertia ratio.
à naturæ lege.

Eandem sententiam ea ratione confirmat Aegidius, quia quæ in quolibet genere perfecta sunt, non vagam habent, sed certam, & definitam ortus sui causam. Quare cum aurum inter omnia metalla nobilitate præluceat, vno duntaxat modo fiet, nimirum eo, quem natura adhibet humanæ arti ignotum.

Quarta ratio.
Ab experientia.

Denique idem alij stabiliunt hunc in modum. Negari non potest in ijs, quæ ad naturam, vel ad mores, vel ad artium disciplinam pertinent, magnam vim habere argumentum ab experientia ductum; at longa experientia cõpertum est huiusce artis professores cum magnis impensis & pertinaci studio, pro vero auro conficiendo desudarint, non nisi fucatum extulisse. Igitur eiusmodi auri confectio impossibilis est.

ARTICVLVS II. SOLVTIO PROPOSITI tæ quæstionis.

Concl.

Nihilominus sententia nostra est. Etsi perdifficile sit chymicæ rationis artificio verum aurum producere; non videri tamen id omnino impossibile iudicandum. Huius assertionis priorem partem suadet experientia. Posteriores approbat D. Thomas secunda secundæ q. 77. art. 2. Magnus Albertus lib. 3. de Mineralibus cap. 9.

Primū arg.

Henricus Gandauensis quod lib. 5. q. 3. Zimara in tractatu de differentijs naturæ, & artis. Mirandalanus lib. 9. de euerfione singularis certaminis, sect. 7. alijque è iunioribus Philosophis non pauci. Qui eo potissimum ducuntur argumento, quod cum ars æmula, imitatrixque naturæ sit, non apparet cur naturam in efformando vero auro imitari non possit, quam sæpe alijs in rebus, quæ operosiores videbantur, ad viuum expressit. Constat enim quædam animalia

Plinius Nat.
hist. lib. 11.
cap. 20.

animalia artis industria progigni, ut apes ventribus bouum re-
centibus cum fimo obrutis, vel iuuenorum corpore exanimato;
to; bufones elixatura anatis sub dio positae; & id genus com-
plura.

Præterea Angeli naturali cognitione perspectum habent quam
materiam, quam etiam qualitatum temperationem veri auri gene-
ratio requirat. Igitur si omnia inuicem rite componant, & tem-
pestiue applicent, obseruato etiam ad id astrorum influxu, legi-
timum aurum proferent, sicuti & veros serpentes. Quare potest le-
gitimum aurum arte confici. Quod si quis respondeat posse qui-
dem; sed non hominum arte, de qua nostra disceptatio est; con-
tra id obijcimus; quia nihil omnino conuincit eius artis penitiam
adeo supra humani ingenij captum esse, ut neuiquam ad homines
peruenire posse iudicanda sit.

Nec sanè refert, quod ea nunc fortasse lateat, neque hæctenus ex
fornace chymico verum aurum prodierit; cum multa in dies homi-
num solertia, & industria inueniantur superioribus seculis ignota,
vt usus tormentarij pulueris, & pyxidis nauticæ; ars typographica;
artificium separandi aurum ab argento, sacchari ex arundinibus ex-
coquendi, miscendi specula plana vitrea. Et si ex his quædam non
tam recens inueta, quam postliminio in usum reuocata esse nonnulli
putent.

Quare non videtur existimandum confectionem veri auri per
Alchymiam omnino impossibilem esse, licet perquam difficilis sit.
Argumenta autem, quæ à D. Thoma in contrariam partem addu-
cta sunt, ita soluentur. Primum quidem aiendo multa fieri coelestis
caloris vi quæ etiam vi caloris ignei perficiuntur, maxime cum
hi calores iuxta veriorem sententiam inter se specie non differant.

Secundum verò argumentum à loco mineræ metallariæ parum
habet roboris. Licet enim aurum in terræ gremio, vt in patrio solo
natura gignat, non proinde tamen eius effectiorem ei loco ita vi
detur adixisse, vt nullo modo extra effici queat. Ad rationem
Aegidij inficiandum est non posse interdum id, quod in suo gene-
re excellit, multimodis gigni, cum videamus ignem elementorum
omnium principem, & actione alterius ignis, & radiorum coitu, &
duorum corporum attritu generari.

Illud tandem in hac disceptatione monendum censuimus, Chy-
micam prout nunc se habet, ac interim dum certioribus veri auri à
se confecti experimentis, artificium non probat, noxiam, pernicio-
siamque iudicandam, ac proinde nequaquam exercendam, tum
ne fucatum, minus ve perfectum aurum pro legitimo, & naturali
diuendat, tum ne fornaculæ promittendo luera, decipiat. Quo
nomine eius professores haud satis benè in Republica audiunt.

Animalia
que artis in-
dustria gignuntur.

2. argum. ab-
trahuntur à
matéria.

Refutatio tes-
tationis.

Quarundam
rerum artifi-
cia recensm-
uenta.

Responso ad
arg. contra-
rie partis.
Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Multimoda
ignis gene-
ratio.

Alchymicæ
pessores non
satis benè au-
diunt.

Eq; spectat illud Ioannis vigesimi secundi in Extrauagante, spondet. Alchymistæ spondent, quas non habent diuitias. Et denique ea causa fuit vt Diocletianus huiusce artis libros diligenter conquistos flammis dederit, vt lib. 7. lect. antiq. cap. 2. Cælius testatur.

Ex dictis perspicua iã est solu. vlti. argu. superioris cõtrouersie, cuius occasione hæc disseruimus. Non enim Alchymia si aurum efficit, id propria vi efficit; sed applicando naturalia actiua passiuis.

Capitis secundi explanatio.



OSTQVAM a Aristoteles differuit de natura, & in ea disputatione, quedã veluti fundamenta iecit Naturalis Philosophiæ; explicat in hoc capite discrimen inter Physicum, & Mathematicum, Naturalem Philosophiam, & Astrologiam; vt quæ cuiusque contemplatio sit, quibusve terminis contineatur, planè constet. Puta: et enim fortasse aliquis nullam in ijs esse differentiam, quòd Mathematicus considerat: plana, solida, longitudines, & puncta, quæ inueniuntur in corporibus ad Naturalem Philo-

C A P. II.

CVM a verò definitum sit, quot modis dicitur natura; posthac contẽplandum est, quo Mathematicus à Physico differat. Nam plana, & solida, & longitudines, & puncta, quæ Mathematicus considerat, naturalia corpora obtinent. Insuper an Astrologia à Naturali scientia sit diuersa, an pars. Absurdum namque est, si quid sol est, aut luna Physici sit scire, nullum eorum, quæ per se insunt, accidentium scire; præsertim cum nature scrutatores de solis quoq; & lune figura, & vtrã terra, & mundus rotãda sint, nec ne differere videantur. b Atque hæc quidẽ Mathematicus quoque pertrahat, sed non vt corporis naturalis vnũquodque terminus est: nec item accidentia contemplantur, qua ex parte eius generis accidunt rebus. Quapropter abiungit, siquidem à motu cogitatione possunt distungi, nihilque interest, nec cum disiunguntur, vllum falsum existit. Hoc

Text. 16.

Text. 17.

Text. 18.

Discrimen inter Mathematicũ, est Physicum.

considerat, vel cã Geometram, quã Arithmeticum, qui absolutè Mathematici nuncupantur. b Atque hæc quidẽ Statuit discrimen inter Mathematicum, & Naturalem Philosophũ; inter Astrologiam & Physicam; quòd licet eisdem in rebus versentur, non eundem tamen cõsiderandi modum habeant. Enim verò accidentia, quæ Naturalis Philosophus expendit, quatenus naturalium corporum termini & affectiones sunt, & vt materiæ nexu implicantur; eadem Mathematicus considerat, abstrahendo illa à corporibus physicis, & à materia. Quia in re nullum committit errorem cum illa syncero, atque omnino simplici mentis conceptu abiungat, nec re ipsa corporibus inesse inficietur, vt cum quis hominem concipit non concipiendo Socratem, in quo est. Differt quoque Astrologus à Philosopho Naturali: quia hic contemplantur cœli naturam, & essentiam, itemque motu, vt est illius actus, ab eiusque principijs oritur, aliaque similiter. Astrologus verò nihil curans cœli naturam, motuum proportionem, equalitates, distantias, & his affinia perpendit.

c Hoc verò idearum Arrepta ex dictis occasione, idearum assertores coarguit, qui quòd cam

eam abstractionem, quæ sola mente sit, non perciperent, ideas inuenerunt, id est, formas quasdam æternas, & immutabiles rerum nascentium & interuentium, per se extra singularia coherentes: cum tamen fieri nequeat ut tales formæ à singularibus abiunctæ sint, ut pote, quæ etiam mente minus a materia secerni valent, quam Mathematicæ, quæ non re, sed cogitatione, à materia dirimuntur.

d Quod ita declarabitur. Bisariam ostendit Naturales formas minus à materia & motu, qui materiam sequitur, abiungi posse, quam Mathematicas. Primum quia in definitionibus formatum Mathematicarum, ut paris, imparis, recti, curui, numeri, ac figure, nec motus locum habet, nec materia: cum tamen in Naturalium formarum definitionibus, ut carnis ossis, nervi, materia adhibeatur. Videlicet habent se Naturales formæ ad Mathematicas uti finum ad curuum; ut enim finum sine naso intelligi non potest, quia est propria illius affectio, ipsumque cõnotat; ita formæ Physicæ absque materia percipi nequeunt; Mathematicæ queunt. lege hoc loco Simplicium, & Proclum in primû Eucl.

Quo pacto formæ Mathematicæ abstrahuntur à materia.

Text. 19.

e Hoc verò idearum quoque auctores cum faciunt, falluntur. Nam naturalia abiungunt, quæ minus quam Mathematica possunt abiungi. d Quod ita declarabitur, si utrorumque, & ipsorum, & accidentium definitiones afferre aliquis nitatur. Nam par quidem, & impar, rectum, & curuum, quin etiam numerus & linea, sine motu desinentur: caro autem, & os, & homo minimè. Sed hæc ut nasus finus, non ut curuum dicuntur.

Text. 20.

e Declarant verò & quæ in Mathematicis sunt magis Naturales, ut perspectivæ, Musica, & Astrologia: nam contra quodammodo, ac Geometria se se habent. siquidem Geometria naturalem lineam contemplatur: sed nõ quatenus est naturalis: Perspectivæ verò Mathematicam quidem lineam, non tamen quatenus Mathematicam: sed quæ ex parte est naturalis.

Text. 21.

f Cum autem natura bisariam dicatur, tum forma tum materia, sic contemplari hæc debemus, perinde ac quid est finum dispiceremus. Quare nec sine materia, nec ex materia.

Text. 22.

g Nam & de hoc dupliciter dubitare aliquis sanè possit, cum duæ sint naturæ, utram Physicus contempletur, an id, quod ex ambabus, constat? sed si id, quod ex ambabus, etiam utranque, utrum igitur ad eandem an ad aliam, atque aliam attinet, utraque cognoscere? Ad veteres quidem respicienti materiam considerare videbitur. Formam namque & essentiam Empedocles, ac Democritus parum admodum attrigerunt.

e Declarant verò. Alia ratione comprobatur Physicæ cõsideratione minus esse à materia abiunctam: quam Mathematicam: quod videlicet Musica, Perspectivæ, & Astrologia, quæ ex Mathematicis ad Naturalem scientiam propius accedunt, ea, quæ cõsiderant, nõ profus à materia auocant.

f Cum autem natura Cum, inquit, naturæ notio tam formam, quam materiam comprehendat, fit ut res naturales ex his constituturæ considerentur ut finum; quod paulò ante declaratum fuit: proindeq. nõ percipiuntur absque materia: licet non ex materia, quia nimirum haud qua-

quam ex materia primò & principaliter innotescunt, cum omnis cognitio ab actu & forma oriatur. Aliter tamen D. Thomas, Philoponus, & Albertus Magnus interpretantur verba illa, nec ex materia, ut sit sensus esto Physicus non consideret res naturales absque materia, tamen præcipuam eius curam, & studium circa formam versari.

g Nã & de hoc. Cum natura sit duplex, forma, & materia; ait posse ambigi an utriusque contèplatio ad Naturalem Philosophiam pertineat. Tũ quasi respondendo interrogat, & interrogando respondet, re vera pertinere: cum tam materia, quam forma sint partes compositi Naturalis, quod Physicus considerat; eiusdemque artificis munus sit, partes, & quod ex partibus coalescit, contemplari; et si veteres in solius materiæ cognitionem incubuerint; etiam Empedocles, & Democritus, qui tamen inter alios nonnullam formæ notitiam obtinere videbantur.

Dub.

Resp.

h At si ars. Probat utriusque naturæ inspectionem Physici negotij esse, in hunc fere modum. Cum ars naturæ solertiam, qua potest, imitetur; ut se habet ars ad artefacta, ita se habebit Naturalis scientia ad res Physicas; atqui ars non formam duntaxat, sed materiam

Utriusque naturæ cõtemplatio Physici est.

etiam considerat. Igitur Naturalis scientia non solum rerum physicarum formam, sed eandem quoque materiam expendit. Assumptionem probat, quia Medicus non sanitatem tantum cognoscit, sed humores etiam, in quibus ea, ut in materia, consistit; itemque architectus non solumedium formam, sed ligna, & lapides, ac reliquam materiam attendit. Monet vero Aristoteles artes considerare materiam usque ad quendam terminum, quia artes omnes & facultates, ac scientiae certos habent limites ultra quos non procedunt.

Id praeterea cuiusque finis gratia sunt, perpendere: sed materia est gratia formae; & forma est finis: ergo Naturalis Philosophiae erit, & materiam & formam contemplari. Quod verò forma sit finis, probat ex eo, quia id, ad quod aliqua continuata motio tendit, & cuius gratia fit, est ultimum & finis: at continuata motio, qua disponitur, ornaturque materia, tendit ad formam, in eaque terminatur. Duo hic aduertenda sunt. Alterum est appellatione naturae significari ab Aristotele formam, propterea quod sit potissima naturae pars.

Alterum est propterea dixisse Aristotelem finem id esse, ad quod continuata motio tendit: quia si motio iterum patitur, & mobile subsistat ante id, quod pergebat, eiusmodi terminus non dicitur habere rationem finis, sed is, ad quem ultimò progressionem destinarat.

Quapropter Reprehendit poetam, qui quod videret finem esse extremum, & esse id, cuius gratia, putavit omnem extremum rectè dici finem. Unde & de mortuo pronuntiavit, finem habet, gratia cuius est genitus. Non est enim quodlibet extremum finis, sed id, quod optimi habet ratio-

nem, & cuius gratia fit aliquid. Hunc poetam ait Philoponus esse Euripidem, insignem Tragediarum scriptorem: senarius tamen, qui ab Aristotele citatur, videtur fuisse in aliquo eius opere, quod iniuria temporis interciderit, cum in ijs, quae nunc exstant, non reperitur.

Quin etiam artes Explicat hoc loco Aristoteles diuersa munia artium, quae in opere sunt positae, quorsum verò non satis inter expositores liquet. Videtur tamen eò spectare, ut variarum artium exemplo concludat Naturalem philosophiam nequaquam materiam negligere, aut ignorare. Aduertendum est igitur quadripartitam esse varietatem artium, quae in externum opus incumbunt. Quarum duo genera materiam faciunt; alia duo imperant. Porro ex ijs artibus, quae materiam faciunt, quaedam omnino faciunt; aliae duntaxat ad opus preparant, & idoneam reddunt. Materiam omnino faciunt, ut figulina lutum: preparant, ut statuaria marmor. Rursus earum, quae imperant, quas principes vocant, quaedam faciendis operibus, quibus utuntur, praesunt, ut gubernator a artium effectrici: illa enim huic magnitudinem, formamque nauis praescribit. Quaedam praesunt operibus, quae alijs utenda tradunt, ut nauium construendarum ars ei, quae ligna particulatim dedolat, & expolit: & haec illi,

h At si ars imitatur naturam, formamque & materiam ad quendam usque terminum cognoscere eiusdem est artis, ut sanitatem, & bilem, atque pituitam, in quibus est sanitas, medici, domus similiter formam, materiamque ut lateres, & ligna, aedificatoris, eodemque modo & in alijs, amborum quoque naturarum habere cognitionem, Naturalis profectò erit scientiae. Id praeterea cuius causa, & finis, & quae eius sunt causa, eiusdem sunt. Natura autem finis est, & cuius causa. Nam quorum motionis continue aliquis est finis, is ultimum est, & id, cuius gratia. Quapropter & poeta ridiculè eò adductus est, ut diceret, finem habet, cuius gratia erat genitus: non enim omnem, quod ultimum est finis est: sed id quod optimum.

Quin etiam artes materiam faciunt, aliae quidem omnino, aliae ad opus: idoneam, eaque utimur, in quod nostri gratia sint omnia, siquidem finis quoquo modo & nos sumus. Id enim, cuius gratia, bifariam dicitur, ut in libro de Philosophia est traditum. Duae verò materiae praesunt artes, eamque cognoscunt, ea, quae in usu est posita, & quae effectrici praesunt, architectura: quare & quae utitur quodammodo est architectura: sed differunt, quod altera formam, altera ut effectrix materiam cognoscat. Qualis namque clauis est forma gubernator cognoscit, & iubet: aliter verò quali è ligno erit, quibusve ex motibus. Porro in his, quae arte fiunt, operis gratia materiam nos facimus: in rebus autem natura suppetit.

Præ-

Euripides.

Quadripartita varietas artium.

quae

Tex.

Text. 23.

Text. 24.

Text. 25.

que in ædendis lignis occupatur: quarum opus gubernatorie obseruit.

Ex his ratum esse vult Aristotele: Philosophiam Naturalem materiam cognoscere cum ea non ignorent operarie artes, tam que in materia peculiariter insunt, vt plantum est, quam que formam adhibent, precipiuntve: cum hanc in materiam idoneam inferendam curent.

in Nostri gratia sint, Artefactum rerum molitionem aut nostri gratia esse, nosque eius finem aliquo modo haberi. Quod nequis miretur, cum finis operis videatur esse id, in quod continuata motio desinit, vt paulo ante dixerat, monet finem duplicem esse, nimirum finem, cuius, idest, cuius acquirendi gratia actio exercetur, qualis est sanitas; & finem, cui, hoc est, cuius res comparatur, cuiusmodi est Socrates, cui valetudo acquiritur: atque hoc posteriori modo nos finem esse artefactorum, cum illa in nostros vsus cedant.

ii Vt in libro de Philosophia, Quem appellet hoc loco Philosophie librum non constat. Simplicius, Themistius, & Philoponus intelligunt libros de moribus. Verum in his diuisio

Text. 26.

o Præterea ex his, que ad aliquid sunt, materia est, cum alij formæ alia materia subiiciatur. Ad quem igitur vsque terminum formam, & quid est cognoscere Physicus debet? An vt Medicus neruum, aut faber æs, aliquo vsque? vna queque enim alicuius rei est gratia, & in eis formis versatur, que separari non possunt, in materia autem sunt, siquidem homo & sol hominem generant. Quo autem modo, ea, que separata est, se habeat, & quid sit, Philosophiæ primæ est definire.

illa finis non inuenitur. D. Thomas putat significari libros primæ Philosophiæ; sed neque in his, si horum nomine intelligat libros Metaphysicæ, saltem perspicue legitur, etsi ex quibusdã verbis septimi capitis lib. 12. vtiq; elici possit. Verisimile fortasse est indicari ab Aristotele libros alios de Philosophia, quorũ meminit Laetius, & Cicero 3. de natura deorũ. Inuenitur tamen prædicta finis distributio in libro 2. de anima cap. 4. tex. 37.

o Præterea ex his, que Tandem quod tam materia, quam forma ad contemplationem Physicam pertineat ex eo probat, quia relata, seu que mutuo referuntur, sub eadem scientiam cadunt: materia ve: & forma mutuo referuntur. Cui rei argumento est, quod cuiusque compositi naturalis forma non quilibet materiam sine discrimine, sed certã & determinatam exposcit, parique modo materia non cuiusuis formæ, sed certæ, & proportionem sibi respondentis capax est.

Q V Æ S T I O V N I C A.

V T R V M M A T H E M A T I C Æ, Q V Æ
mediæ appellantur, magis Naturales, quã
Mathematicæ sint: an non?

A R T I C V L V S I.

V I D E R I M A G I S E S S E N A T V R A L E S.



Onstat ex doctrina Aristotelis tum superiori cap. tum lib. 6. Metaphy. c. 1. tex. 2. scientiarũ Mathematicarum duas tantũ esse, quæ propriè & exquisitè Mathematicæ dicantur, nẽpe Arithmetica, & Geometria: alias inter has, & Physiologia, mediũ obtinere, quod earũ subiectũ partim Mathematicũ, partim Naturale sit, videlicet Perspectiuã, Musicã, Astronomiã.

Enim

Geometer. Enim verò Geometer lineas, & magnitudines à materia absoluit, easque solo animo comprehendit: **Perspectiu9.** Perspectiuus lineas existētes ponit, & easdem considerat vt cadunt sub aspectum, qui radijs rectis in linearum modum ab oculo ad rem, quæ videtur, parrectis fit. Item **Arithmetico9.** Arithmeticus numeros ab omni materia seiunctos expendit: **Musicus.** Musicus eosdem vt re ipsa existentes in materia sensibili, in voce nimirū, aut sono, contemplatur. Similiter sphaeram & magnitudinem **Geometer** à materia abstrahit; eadem verò **Astrologus** prout corporibus cœlestibus coniuncta sunt, considerat.

1. argum. Cùm igitur tres prædictæ disciplinæ partim ad Mathematicam, partim ad Physiologiã accedant; quæri solet hoc loco an magis Naturales, vel magis potius Mathematicæ sint. Ac quòd magis sint Naturales ex eo primum suaderi potest, quia vt in præfatio huius operis ostendimus, scientiæ contemplatrices capiunt vnitatem, & distinctionem secundum abstractionem à motu & à materia: hæ verò scientiæ in gradu abstractionis cum Naturali Philosophia conveniunt; siquidem visum, sonum, quantitatemque in subiecto certo considerant, quæ omnia sensibilia sunt, nec ratione abstrahuntur à materia.

Quest. 1.
art. 3.

2. argum. Secundò. Idem hunc in modum probatur. Mathematica nō substantiam considerat, sed quantitatem: atqui saltem Astronomia, & Perspectiva considerant substantiam. Non ergo ad Mathematicam spectant. Minor ostenditur, in primis quia id de Astronomia conceptis verbis docet Aristoteles lib. 12. Metaph. c. 8. text. 44. Sed de Perspectiva quoque idem suadet. Nam Perspectiuus demonstrat, exempli gratia, figuram multorum laterum æqualium directè visu oppositam videri circularē, propterea quod eius anguli visum effugiunt; demonstrat, inquam, id ex imbecillitate potentiæ sensitivæ, & ex natura substantiæ huic accidenti subiectæ. Itaque de ipsa quoque substantia cognoscit, ac iudicat.

3. argum. Tertiò. Idem ex eo confirmatur, quia harum artium subiecta, à subiectis earum, quibus subalternantur, non differunt, nisi ratione accidentis adiuncti v. g. numerus sonorus, quæ est res Musicæ subiecta, additione tantum sonori, à numero dissidet. Quare cùm sonorum ad Physicam spectet, simpliciter dicendum erit Musicam magis Naturalem esse, pari que modo Perspectivam, & Astronomiam.

4. argum. Denique id videtur censuisse Aristoteles proximo cap. text. 20. illis verbis, declarant verò, & quæ in Mathematicis sunt magis Naturales, vt Perspectiva, Musica, & Astrologia.

ARTICVLVS II.
MAGIS ESSE MATHEMATICAS,
quam Naturales.

Ample

A Mplectenda tamen est opinio D. Thomæ hoc loco ad cex. 20. & opus. 70. Ferrariensis q. 2. huius libri, Soncinatis. 6. Metaphy. q. 11. aliorumque asserentium Perspectiuam, Musicam, & Astronomiam magis esse Mathematicas, quam Naturales. Primum quia in vulgata Mathematicarum artium partitione connumerantur. Deinde quia ab ijs, qui se Mathematicos profitentur, tractari consueverunt. Item quia affectiones, quæ de earum subiectis demonstrantur, per media Geometriæ, & Arithmeticæ ostendi solent: demonstrationes verò, & scientiæ, eò pertinent, vnde media accipiunt: cum medium veluti formale quippiam sit in scientijs.

Aduersariorum autem rationes hunc in modum explicandæ erunt. Prima dicendo licet harum disciplinarum subiecta quadam ex parte sub sensum cadant; secundum id tamen, quod à subalternantibus desumunt, quodque in ijs, quod ad rem propositam attinet, potioris momenti habetur, nec sensum, nec sensilem materiam attingere.

Ad secundam dicendum Mathematicas omnes circa quantitatem versari, sed enim synceras hoc differre à medijs, quòd illæ quantitatem ab omni subiecto auocent; hæ verò eandem in subiecto certo, ac definito meditentur, vt Astronomia in substantia cœlesti. Eaque causa est cur Mathematicæ mediæ aliquo modo substantiam spectent; videlicet non quòd eius substantiam scrutentur; sed quia eam sub consideratione quantitatis ad certum subiectum definitæ vtcunque inuoluunt. Quæ consideratio substantiæ quasi ex accidente se habet, non per se omnino, vt in physica.

Ad tertiam. Etsi Mathematicæ mediæ differant à suis subalternantibus ob accidentariam conditionem, qua earum subiecta contrahunt, id tamen non obstare quominus ad earum naturam magis appropinquent, propter eas rationes, quas ante assignauimus.

Ad vlt. non significasse inibi Aristotelem hæc disciplinas simpliciter magis esse Naturales, sed eas è Mathematicis, magis Naturales esse, quam quæ puræ Mathematicæ nuncupantur.

Capitis tertij explanatio.



ACCEDIT ad disputandum de causis, cuius tractationis eam rationem affert, quia huiusce discipline propositum est scire, id est, cognoscere propter quid res sit, omnesque affectiones entium naturalium ad suos fontes, & principia reducere. Quod nemo perfecte assequi poterit, nisi teneat causas rei vsq; ad primam, id est, proximam.

Ignorata causa proxima nemo perfecte cognoscit propter causam quid res sit.

Definitio ma-
terię.

a Causa itaq; Totum hoc caput ex hoc loco trahitur Arist. in lib. 3. Metaphysicę, estque secundum eius libri caput, in quo omnes causarum modos recenset. Exorditur autem a materia, propterea quod antiquis Philosophis magis innotuerit. Quam definiens ait esse id, a quo, cum insit, aliquid fit. Est autem definitio hęc intelligenda eo modo, quo a nobis superiori libro explicata fuit, ita ut soli materię primę conueniat, subintellecta videlicet particula, primò, in verbo, insit. Nec obstant exempla rerum artefactarum, quę Aristoteles ad rē illustrandam adhibuit; non ob proprietatem, sed propter analogiam, seu proportionem vtriusque materię.

Cur Aristote-
les formā &
exemplar cō-
iunxerit.

b Alia est forma Alterum causę genus est forma, quę ratio essentię vocatur, quod in ea rei essentia precipuè sit posita. Cur autem Aristoteles formam & exemplar coniunxerit dissi-

dent interpretes. Sā-
ctus Thomas arbi-
tratur voluisse cō-

prehendere eorum
dogma, qui essen-
tias a materia ablu-
ctas exemplaria re-
rum esse voluerūt.

Alexāder putat for-
mam dictam esse
ab Aristotele exem-
plar, quod natura

formā potissimūm
respiciat, eaq; ade-
pta cōquiescat. The-

mistiū, & Philo-
ponius aiunt for-
mam appellari exem-
plar, quod agēs

naturale in gene-
rādē, perficiēdaq;
re ita se habeat, ut

ij, qui in artefa-
ctis affabrē molie-
dis exēplar, quod

imitentur sibi pro-
ponunt. Alij, quo-
rū explicatio ma-
gis arridet, aiunt

voluisse Aristotelem causam exemplarem in hoc secundo causarum genere numerare: quę est interpretatio Fonseca libro quinto Metaphys. loco citato.

Definitio ef-
ficentis.

Definitio fi-
nis.

c Pręterea id vnde Tertiū genus causę est efficiens, quod definitur id vnde ma-
tationis, aut quietis primum est principium: id est vnde primò secundum exequutio-
nem mutatio, aut quies prouenit. Postremum est finis, qui dicitur id, cuius gratia cę-
tera fiunt. Cętera, intellige, quę ad ipsū n referuntur. Nam cum, verbi gratia, Socrates
ad obtinendam sanitatem deambulat, a cibo abstinēt, potionem sumit, horum omni-
um causa dicitur bona valetudo, quia hęc omnia eius obtinendę gratia fiunt.

Eiusdem effe-
ctus plures
causę.

d Cum autē causę Proponit tria quędam pronuntiatā ad perfectiorem causarum in-
telligentiam vtilia. Primum est eiusdem effectus plures causas esse posse, non solum
per accidens, ut satis liquet, sed etiam per se. Quod verum est tam de causis eiusdem
generis, quarum vna est superior, alia inferior, ut hic statuarius, statuarius, artifex
quā de pluribus diuersi generis, cuiusmodi sunt materia, & efficiens, ut es, & statua-
rius respectu statuę. Plures tamen causę totales & eiusdem ordinis nullus effectus habe-
re potest.

Causę sibi
mutuò causę.

f Quędam vero Secundum pronuntiatum est, causas diuersorum generum posse si-
bi mutuò esse causas, ut patet in deambulatione, & bona valetudine, quarum hęc finis
est illius, illa causa efficiens huius.

C A P. III.

HISC E autem definitis, quę & quot numero
causę sint, considerandum est. Nam cum hac
tractatio sciendi sit gratia; scire autem aliquid
non prius putemus, quā propter quid vnum-
quodque sit, sumamus, quod quidem aliud non est quā
causam primam sumere, nobis quoque in generatione, &
interitu, & omni naturali mutatione agendum hoc esse ma-
nifestum est, ut earum principijs cognitis, quidquid que-
ritur, ad ea reducere enitāmur.

Text. 27.

a Causa itaq; vno modo id dicitur, a quo, cum insit, ali-
quid fit, ut es statuę, & argentum phialę, horumq; gene-
ra. b Alia est forma, & exemplar, quę essentię quidem
est ratio, atque eius genera, ut harmonię diapason, duo ad
vnum, & omnino numerus, & partes, quę insunt in ra-
tione. c Pręterea id vnde mutationis, aut quietis primum
est principium, qualis causa est is, qui consulit, & pater si-
lij, & vno nomine id, quod efficit eius, quod fit, & quod
immutat eius quod immutatur. Insuper ut finis, hic autem
est id, cuius causa: ut deambulandi sanitas.

Text. 28.

Text. 29.

Cur

f Quin

f Quin etiam) Tertium pronuntiatum, idem alio, & alio modo contrariorum efficiū causā esse posse. Nā idem gubernator si adsit naui, causa est salutis, si absit, naufragij.

g Que autem nunc) Quia vnunquodque generis causę latē funditur, nequis propterea existimaret plures esse generales causandi modos docet quatuor omnino esse, ad quos videlicet reliqui aut pertineant, aut reuocentur.

h Syllabarum namque) Docet in genere materialis causę constitui literas respectu syllabarum; composita physica respectu eorum, quę arte elaborantur, elementa respectu mistorum, partes integrantes respectu sui totius, & hypotheses, sine sumptiones respectu conclusionis. Nam hęc omnia habent se tanquam id ex quo, siquidem ex literis constant syllabę, ex naturabilis artefacta & cetera. Aduertit autē Alensis lib. 5. Metaphys. in commentarijs huius ca-

Idem causę contrariorū.

Que pertineant ad genus causę materialis.

Cur enim deambulat? ut valeat dicimus: quod cum diximus causam reddidisse arbitramur, atque omnium sanē, quę alio mouente inter ipsum fiunt, & finem, ut inter sanitatem extenuatio, aut purgatio, aut medicamenta, aut instrumenta. Vniuersa enim hęc finis sunt gratia: sed differunt inter se quod alia sint opera, alia instrumenta. Causę igitur tot ferē modis dicuntur. & cum autem causę multis modis dicantur, fit interdum, ut multe eiusdem rei non ex accidente sint causę, ut statuę statuaria, & .es, non per aliud quidpiam, sed quatenus statua est, quanquam non eodem modo, sed alterum quidem ut materia, alterum ut id, vnde est motus. e Quędam verō vicissim sibi sunt causę, ut exercitatio boni habitus, & hic exercitationis; sed non eodem modo, at ille ut finis, hęc ut principium motionis. f Quin etiam contrariorum idem est causę. Quod enim cum adest alicuius rei est causę, id cum abest, contrarij interdum causam esse dicimus: ut gubernatoris absentiam nauis submersionis, cuius salutis eius presentia erat causę.

g Que autem nunc tradite sunt causę, omnes in quatuor modos manifestissimos cadunt. h Syllabarum namque elementa, eorum quę opificio constant, materia; ignis, & que sunt eiusmodi, corporum, totius partes, & conclusionis hypotheses, ut id ex quo sunt causę.

pitis hypotheses, siue sumptiones bifariam considerari posse, nimirum vel quoad terminos, vel quoad vim concludendi: priori modo spectare ad causam materiale; quia conclusio constat ex maiori, & minori extremo, quę in premissis continentur: posteriori pertinere ad causam efficientem.

i Quędam ut essentia) Tria refert ad genus causę formalis, nimirum totum, compositionem, & formam. Vocat autem totū, ut Alensis explicat, id, quod coalescit ex partibus ordine quodam duntaxat inter se iunctis, ut exercitus. Compositionē ve-

Que pertinet ad genus causę formalis.

Ho-

rō id, quod componitur ex partibus nō solū ordinē habentibus, sed in vnā aliquā formam euentibus, ut domus. Denique formam peculiari nomine appellat eam, quę propriē forma dicitur, cuiusmodi est forma hominis, aut lapidis.

k Semen autem) Commemorat spectantia ad causam efficientem: deinde ad causam finalem; monetque finem oportere bonum quid esse; alioqui nequaquam cetera eius gratia fierent; cum nostra actio non nisi bonum quid spectet: nihil tamen referre vtrum id re vera bonum sit, an speciem tantū boni obtineat.

Oportet finē bonū quid esse.

L Causarum autem) Distinxit causarum genera ex quatuor modis causandi per se & essentialibus: nunc eosdem modos varijs diuisionibus partitur secundum diuersas habitudines causarum ad effecta, ut annotarunt D Thomas, & Alensis. Prima diuisio ita habet. Causarum, quę eiusdem generis sunt, idest quę vel omnes, exempli gratia, materiales sunt, vel omnes effectrices, alia est prior, idest, communior; alia posterior, idest, minus communis. Ut in genere causę materialis, marmor est causa minus communis statuę. Lapis verō, communior. In genere item effectricis causę, statuarius causa est minus vniuersalis statuę; artifex vniuersalior; similiterque res habet in ceteris.

Varij modū causarum.

Quæ sit caus-
sa per se.
Quæ per acci-
dens.

in Præterea ut accidens } Secunda diuisio duas subdiuisiones continens hæc est. Causarum quædam sunt per se, quædam ex accidente. Et iterum causarum ex accidente aliæ magis, aliæ minus, vniuersales: aliæ propinquæ, aliæ remotæ. Causa per se ea dicitur, à qua per se, & ut talis est, effectus pendet, ut statuarius comparatione statuæ. Causa ex accidente est, à qua non per se pendet effectus, est tamen coniuncta cum causa per se. Quo modo ait Aristoteles Polycletum esse causam per accidens statuæ, quia accidit statuario esse Polycletum. Causa ex accidente minus vniuersalis est idem Polycletus respectu statuæ; vniuersalior verò, homo, animal. Hic aduertit dupliciter rem aliquam posse dici causam ex accidente, vno modo, quia accidit causæ per se; sicuti Polycletus, & album accidit statuario, qui est causa per se statuæ. Altero, quia licet sit causa per se, comparatur tamen cum eo, quod accidit effectui per se, ut si statuæ accidat candor, statuarius, qui est causa per se statuæ, causa est ex accidente comparatione candidi. Porro Aristoteles hoc in loco solam causam ex accidenti priori modo explicauit.

Causa propin-
quior.

Causa remo-
tior,

n Sunt verò & accidentium } Hic tradit subdiuisionem causæ ex accidente in propinquirem, & remotiore. Causa propinquier est accidens, quod à causa per se minus distat. Remotior verò item accidens, quod à causa per se longius abest, veluti candidum & musicum, quia statuarius sunt accidentia, sunt causa per accidens statuæ: verum quia Musica minus ab arte statuaria distat, quam candor, siquidem Musica ars est, sicut & statuaria; candor verò non est ars, ideo Musica propinquier statuæ causa est, quam candidum.

Causa pote-
state.

Causa actu.

Causæ con-
iunctæ

Causæ sim-
plices.

o Præter autem omnes quæ } Tertia diuisio est, qua causa vniuersim dividitur in eam, quæ potestate, & in eam, quæ actu causalitatem exercet. Potestate, ut statuarius cum nihil operis molitur. Actu ut idem cum operi manum admouet.

p Item verò } Docet eas, quas tradidit, causarum partitiones posse etiam effectis suo modo accommodari. Effectorum enim quædam communia sunt, quædam minus communia; alia per se, alia ex accidente; alia actu, alia potestate.

q Sed & coniuncta } Quarta diuisio est. Causarum aliæ coniunctæ sunt, aliæ simplices. Coniunctæ, de quibus hoc loco agit Aristoteles (nam aliis etiam modis innecti possunt) sunt complexiones causarum per se & per accidens, veluti Polycletus statuarius comparatione statuæ; Apelles pictor respectu imaginis. Simples verò, ut Polycletus per se, vel statuarius per se.

r Porro hæc omnia } Omnes causarum modos, de quibus hactenus differuit ad duodecim redu-

Horum verò quædam sunt ut subiectum, veluti partes i quædam, ut essentia, ut totum, compositio, & forma. k Semen autem, & medicus, & qui consuluit, & omnino efficiens, causæ sunt omnes, vnde mutationis, vel status, vel motionis est principium. Alia ut finis, bonumque ceterorum. Id enim, cuius gratia optimum, finisque aliorum esse debet. Nihil autem refert bonum dicatur, an quod appareat bonum. Et tales quidem, & tot specie sunt causæ. l Causarum autem modi numero quidem multi sunt, sed si summatim colligantur, hi quoque erunt pauciores. Multis enim modis causæ dicuntur: & earum, quæ eiusdem sunt generis alia prior est, alia posterior, ut sanitatis medicus & artifex, & harmonie diapason, duplum, & numerus, & semper ea, quæ continent ad singula. m Præterea ut accidens, & horum genera, ut statuæ, alio modo Polycletus, alio statuarius, cum statuario ut Polycletus sit, accidat. Quin etiam quæ accidens continent, ut si homo, aut omnino animal statuæ sit causa. n Sunt verò & accidentium alia alijs remotiora, alia propinquiora, ut si albus, & musicus statuæ causa dicantur. o Præter autem omnes, quæ propriè, & quæ ex accidenti dicuntur, aliæ sunt, quæ quod possint, aliæ quod agant, dicuntur, ut ædificationis domus ædicator, aut is qui ædificat, ædicator.

p Idem verò & in his, quorū causæ sunt causæ, dicitur, quod in his, quæ exposita sunt, ut in hac statuâ, aut statuâ, aut omnino signo, & ære hoc, aut ære, aut omnino materie, atque in accidentibus eodem modo. q Sed & coniuncta tum hæc, tum illa dicuntur, ut non Polycletus, nec statuarius, sed Polycletus statuarius.

Porro

Text. 32.

Text. 33.

Text. 34.

Text. 35.

Text. 36.

reducit. Nam si sumantur tres coniugationes; nempe causa vniuersalis, & particularis; per se, & per accidens; connexa, & simplex: & quilibet horum modorum cum potentia, & actu complicetur, duodecim modi euadent. Nempe vniuersalis actu, vniuersalis potentia; particularis actu, particularis potentia; per se actu, per se potentia; per accidens actu, per accidens potentia; simplex actu, simplex potentia, connexa actu, connexa potentia.

Hoc autem differunt) Constituit discrimen inter causas singulares actu, & singulares potentia (idem intellige de vniuersalibus) quod nempe causas actu, & effecta actu simul esse, vel non esse oporteat; ita vt si existat id quod actu caussat, necessario existat id, quod actu caussatur; & contra. Causae vero potentate non ita se habeant, siquidem stante domo potest

Porro haec omnia numero sunt sex, quae bifariam dicuntur: aut enim vt singula, aut vt genus, aut vt id, quod est ex accidenti, aut vt genus accidentis, aut haec vt coniuncta, aut vt simpliciter dicta, omnia vero aut agentia, aut quae possint agere. Hoc autem differunt, quod, quae efficiunt, & singula, atque ea, quorum sunt causae, simul sunt, & non sunt, vt hic, qui medetur, & hic, qui sanatur: & hic, qui edificat, & hoc, quod edificatur. At quae sunt potestate, non semper, cum domus, & edificator non simul intereant. Rei autem cuiusque causa summa querenda est, veluti & in alijs: vt homo edificat, quoniam architectus est, architectus autem est ex architectura. Haec itaque prior est causa, eodemque modo in omnibus. Praeterea generum genera, & singulorum singula: vt statuarius statue, & hic huius, & quae possunt efficere eorum, quae possunt esse, quae autem efficiunt, eorum quae efficiuntur. Ac causae quidem quae sint, & quemadmodum sint causae, satis a nobis sit definitum.

Text. 37.

Text. 38.

Text. 39.

artifex interire; itaque potest existere artifex, etiam non actu domum edificet.

Rei autem) subiecit duo theorematra tractandis causis accommodanda. Alterum est in comparanda scientia tantum esse progrediendum, quousque deprehendatur, & assignetur causa summa eius rei, cuius scientiam inuestigamus. Vocata autem causam summam eam, quae proximè effectum attingit, siue immediatam; qualis est Architectura respe-

Quae methodus esse debeat in tractandis causis.

pectu opificij. Alterum, reddendas esse effectibus idoneas, & congruentes causas, nempe effectui singulari singularem causam; vniuersali communem; effectui actu, causam actus; atque ita ceteris.

Capitis quarti explanatio.

Raditis causarum generibus ad perfectam earum notionem desiderari censuit Aristoteles tractationem de casu, & fortuna, quibus non nulli rerum naturalium, vt Democritus, & Empedocles; alij humanarum, vt multi, praesertim de vulgo, efficientiam attribuebant. Proponit igitur explicandum vtrum casus & fortuna sint, an non? Si sint, quidnam sint, quam rationem causae obtineant, & quo pacto inter se distinguantur.

CAP. IIII.

Incuntur vero & fortuna & casus in causarum numero esse, multaue fortuito, & casu & esse, & fieri. Quoniam igitur modo fortuna & casus in his sint causis, & vtrum sint idem fortuna & casus, an diuersa, & quid omnino fortuna sit, quidve ne casus considerandum est.

Cum autem) Opiniones Aliquot opiniones negantium veterum recenser sum, & fortunam in primis eorum, nam aliquid esse. qui casum & fortunam nihil omnino esse contendebant; quod duplici ratione probare conabantur. Primum ita. Nullus est effectus, cui

certa & definita causa non respondeat; ergo nihil casu, aut fortuito euenit. Consequutio videtur perspicua; siquidem ea duntaxat in casum, & fortunam homines conferunt, quorum incertam,

incertam, ac indefinitam causam esse putant. Assumptum verò inductione ostendebant. Cum enim quispiam, verbi gratia, forum petens in eum, quem non querebat, incidit, huius rei causa fuit itio illa, seu voluntas in forum eundi, ibique res venales emendi. Atque ita facile erit ceteris euentis causas dare.

b Quin etiam) Secunda ratio, quæ est ab auctoritate in hunc modum conclusa erat, Veteris Physiologiæ inuentores in explicando rerum naturalium ortu, & interitu, earumque causis disquirendis nul-

lo numero habere fortunam, nullamque eius mentionem fecere. Igitur fortuna nihil omnino est.

c Quamquam hoc quoque) Omnia priora ratione posteriori diluit asserens potius veteres reprehendendos esse, quod de casu & fortuna nihil disseruerint, quam ex ipsorum hac in re silentio colligendum casum & fortunam non dari præsertim cum interdum fortunæ nomē usurparint, uno & nonnulla fortuito euenire cõcesserint. Prior autem ratio ex ijs, quæ inferioribus dicenda sunt, facile dissoluitur.

Nep̄ effectus, qui casu, & fortuito contingunt, raro cum effectis per se interitus iungi, ut inuentionem thesauri cõfossione agris: proindeque huiusmodi effectus ceteræ, ac præfinitæ causæ rationem, ad quam referantur, non habere.

d Præsertim cum interdum) Quod Empedocles fortunam posuerit probat ex ijs, quæ in eius Cosmopœia, hoc est in libro de mundi fabrica, leguntur, videlicet aerem casu in superum locum euolasse. cum sæpius alio modo fuisset agitatus. Itemque partes animantium fortuito concursu inter se coaluisse.

e Sunt etiam qui) Democritus cum animantium, stirpium, aliarumque minorum mundi partium generationem in mentem, aut naturam, aliasve causas retulisset: tamen ipsam molitionem, compositionemque vniuersitatis attribuit fortuito concursui atomorum in infinito

a Cum etiam nonnulli vtrum sint, nec ne dubitent: nihil enim à fortuna fieri inquirunt, sed omnium, quæ casu, aut fortuito fieri dicimus, definitam aliquam causam esse, ut fortuito ad forum proficiscendi, & eius quæ volebat quidem, non putabat autem, inueniendi, rei alicuius, cum ad forum venisset, emendæ voluntatem causam esse. Similiter & cæterorum, quæ à fortuna dicuntur esse, aliquam semper causam sumi posse, non autem fortunam. b Quin etiam si aliquid esset fortuna, absurdum sanè videri, & merito dubitare aliquis posset, cur veterum sapientum nemo, qui generationis, & interitus causas tradiderit, quicquam de fortuna definierit. Sed (ut videtur) ne illi quidem à fortuna quidpiam proficisci arbitrabantur. c Quamquam hoc quoque est admirandum, cum à fortuna, & casu multa fiant, & sint, quorum singula in aliquam eorum, quæ fiunt, causam (ut sermo antiquus fortunam tollens ait) referri posse non ignorant, eorum tamen nonnulla à fortuna esse omnes inquirunt, alia minimè. Quapropter aliquam mentionem facere debuerant. At nec illorum quæquam, nempe amicitiam, aut litem, aut ignem, aut mentem, aut aliud aliquid eiusmodi fortunam esse censuerunt. Absurdum igitur est eos seu esse eam non putauisse, seu cum putauerint, prætermisisse: præsertim cum interdum vrantur: ut Empedocles non semper aerem in summum locum ait secerni, sed ut contigerit. Inquit enim in Cosmopœia, Sic currere tum contigit, sæpius autem aliter. Animalium etiam partes à fortuna inquit factas esse.

e Sunt etiam qui mundi huius, aliorumque omnium causam in casum referant: conuersionem enim & motum eum, qui vniuersum distinxit, & in hunc ordinem redegit, casu esse. f Et hoc sanè admiratione maxima dignum est, quod animalia quidem & plantas neque esse, neque fieri à fortuna, sed aut naturam, aut mentem, aut aliquid aliud tale causam esse affirmant, propterea quod ex cuiusque semine non quoduis fiat, sed ex tali oliua, è tali autem homo: cælum verò, & ea, quæ inter sensilia diuina sunt, casu effici censeant, talemque eorum nullam, qualis plantarum, & animalium est, causam esse.

Atqui

Responso ad
rat. phil.

Text. 40.

Text. 41.

Text. 42.

Text. 43.

Text. 44.

Text. 45.

Empedocles
fortunam po-
suit.

Democriti
dogma.

finito spatio temerè discurrerentium, vt testatur Aristoteles 1. de Cælo & 1. de partibus anima-
 lum cap. 1.

f Et hoc sanè admiratione & Superioris sententiæ falsitatem ex eo contineat, quòd per ab-
 surdum sit corpus cæleste, & ea, quæ inter spectabilia excellunt, & stabiliora, ac diuina
 sunt, casu effecta fuisse: cetera verò, in quibus fortuiti euentus sepe visuntur, causas certo ordi-
 ne constitutas vindicasse. Hac ipsa ratione vtitur etiam Aristoteles 1. de partibus animal

Text. 46.

Atqui si ita est, hoc ipsum consideratione dignum est,
 præclarumq; erit de eo aliquid dicere. Nam præterquã quod
 alioqui absurdum est id quod dicitur, absurdius adhuc est
 hæc dicere, cum nihil in cælo casu videant fieri, in his au-
 tem, quæ non à fortuna, fortuito multa accidere, cuius ta-
 men contrarium fieri conueniebat. g Sunt autem nonnulli,

Text. 47.

quibus fortuna causa quidem esse videtur, sed menti huma-
 ne incognita, perinde, ac diuinum quiddam, admirandumq;
 numen sit. Quid itaque vtrumque sit & fortuna & casus, &
 vtrum idem sint, an diuersa, & quomodo in eas causas, quæ
 definite sunt, cadant, considerandum est.

certa autem, inconstans, & fortuita conditio in genere mortali potius est.

g Sunt autem & Tertia opinio erat Stoicæ familiæ, & aliorum Philosophorū ante Aristotelis
 tempora existimantium fortunam causam esse multorum effectuum, sed reconditam, atque
 humanæ menti ignotam, & diuinum quid habentem. Hanc non impugnat hoc loco quod
 ridicula sit, possitque ex ijs, quæ inferius dicenda sunt, facili negotio confutari.

Capitis quinti explanatio.

Primum a itaque & Vt suam de casu & fortuna sententiam explicet duplicem præ-
 mittit diuisionem. Prima est. Effectuum qui dam semper eodem modo proueniunt,
 nullamque habent varietatem, vt ortus & occasus syderum: quidam plerunque, nõ
 tamen semper, vt pluuix per hyemè, canities in senectute, alij nec semper, nec ple-
 runque, vt nasci hominem bicipitem, vel sole in Cætero existente frigerè apud nos. Illud

CAP. V.

Text. 48.

Primum itaq; cum alia semper eodem modo fieri
 videamus, alia plerunq; perspicuum est, fortu-
 nam neutrius horum generis causam dici: idq;
 quod fortuito euenit, nec eius esse generis, quod
 necessariò, & semper est, nec eius, quod plerunque. Sed cum
 quedam præter hæc etiam fiant, eaq; omnes à fortuna in-
 quiant proficisci, fortunam, & casum aliquid esse manifest-
 tum est. Nam & quæ sunt eiusmodi, ea fortuito fieri, &
 quæ fortuito fiunt, ea esse eiusmodi nouimus. b Eorum au-
 tem quæ fiunt, quedam alicuius gratia fiunt, quedam non
 fiunt. Et horum alia delectu fiunt, alia non delectu.

Text. 49.

In
 sus quæ gratia alicuius fiunt bipartito distribuuntur. Alia namque animi deliberatione, &
 consilio peraguntur, vt rei familiaris administratio; alia natura, vt germinatio arboris. Ad-
 ditque in ijs, quæ alicuius gratia fiunt (intellige vel actu, vel potestate) ambo inueniri, idest,
 casum & fortunam.

cap. 1. Quam ob
 rem, inquit, veri-
 similis dixerim cæ-
 lum, & factum ef-
 se ab eiusmodi cau-
 sa, si factum est &
 magis esse ob eam
 causam, quam ani-
 malia caduca, atq;
 mortalia: ordo e-
 nim, & rarus, cer-
 tusque status lon-
 gè magis in rebus
 patet cælestibus,
 quam in nobis: in-

Ordo in cor-
 poribus cæ-
 lestibus ma-
 gis elucet.

Partitio effe-
 ctuum.

Alia partitio.

Que

In quibus re-
bus fortuna,
& casus repe-
riatur.

c. Quae igitur Particulatim declarat quae nam ea sint, in quibus fortuna, aut casus inter-
ueniant, docetque, ut Simplicius, & Themistius interpretantur, esse illa, quae gratia alicuius
seu mente, seu natura sunt, si sint causae per accidens, hoc est, cum ex his sequitur aliquid
diuersum ab eo, cuius gratia fiebat: tunc enim id, quod sequitur, fortuitum dicitur. Quod
ut planum sit, praeter oculis habendum est tam causarum, quam effectuum quaedam esse: per
se, quaedam per ac-

cidens. Ac quem-
admodum quae per se
dicuntur certa, de-
finitamque rationem
habent: ita quae per
accidens, incerti-
tatem, & indetermi-
nata obtinere. Ver-
bi causa, fossor,
quia per se est cau-
sa fossionis prae-
finitum habet ordi-
nem, modumque
ad eiusmodi effe-
ctum: at ex accide-
te multa tam ipsi,
quam eius effectui
iungi queunt. Si-
quidem potest fossor
esse musicus, albus,
senex, aut iuuenis.
Item potest fossio-
ni adiungi inuen-
tio viperarum, thesau-
ri, aut carbonum.
Ea igitur eueniunt
casu, & fortuito,
quae praedicto mo-
do effectui, in quae
causa per se inten-
dit, ex accidente iu-
guntur, ut thesauri
inuentio fossioni
terrarum.

d. Causa igitur
Quoniam ea, quae
casu eueniunt, mul-
titudine accidere pos-
sunt, colligit fortui-
tum euentum non
habere causas de-
finitas, sed varias
& incertas. Unde
etiam intelligi pos-
se ait non multum

ab his differre, quae alij de fortuna docuerant, videlicet fortunam esse causam, & non esse causam: esse
causam ex accidente, ut est architectus tibicen respectu domus; & non esse causam per se, ac
definitam, ut est profectio in forum collata cum inuentione eius, qui pecuniam dedit: quae
profectio ob multas, & varias causas esse potuit.

Fortuna dici
tur esse praeter
rationem.

e. Illud etiam; Illud quoque ab alijs non iuscite prolatum inquit, fortunam esse quid praeter
ter rationem: cum ratio in ijs, quae raro eueniunt, nulla appareat. Idem repetit libro primo
Rhetor.

In his vero, quae alicuius sunt gratia, ambo inueniuntur. Quare
perspicuum est etiam in ijs, quae nec necessario sunt, nec ple-
runque, nonnulla esse, in quibus esse id potest, quod est, ad
finem referri. Ad finem autem referuntur & ea, quae mente
agi possunt, & quae natura. c. Quae igitur eiusmodi sunt,
cum fieri ea accidit, fortuito dicimus fieri. Ut enim res alia
est per se, alia quae accidit, sic & causa esse potest: ut do-
mus causa quidem per se id est, quod vi edificandi est pra-
ditum; album autem aut musicum accidunt. Et causa qui-
dem per se definita est, quae vero accidit indefinita; quando-
quidem vni accidere possunt infinita. Ut igitur dictum est,
cum in his, quae alicuius sunt gratia, id fit, tum casu esse, &
fortuito dicitur. Horum autem inter se differentia post defi-
nietur: hoc vero nunc constat, in his, quae alicuius sunt gra-
tia, ambo esse, ut pecuniae accipiendae gratia venisset, si ac-
cepturum se illam sciisset. Venit autem non ea de causa,
sed accidit ut venerit, id est, fecerit accipiendi causa: & hoc
quidem nec plerumque, nec necessario in eum locum proficis-
cens (finitis autem, qui est acceptio in his causis non est, quae
in eo sunt sita, sed in his, quae sub delectum, & mentem non
cadunt,) tumque fortuito venisse is dicitur. Quod si delectu,
eiusque rei gratia aut semper veniens, aut plerumque acci-
piens, non fortuito. In his igitur, quae, cum alicuius sint gra-
tia, delectu fiunt, causam, quae accidat fortunam esse, mani-
festum est. Quare cum delectus absque mente non sit, mens, &
fortuna in eodem versantur. d. Causae igitur, a quibus fieri
id potest, quod fortuito euenit, definita non sint necesse est:
quo fit, ut fortuna rei non definita esse, atque homini occul-
ta videatur. Atque etiam fit, ut fortuitum nihil euenire
possit videri. Omnia namque haec quod rationem habeant
coniunctam, recte enuntiantur. Nam aliquo quidem modo &
fortuna aliquid fit: ex accidenti enim fit. Atque ut acci-
dens, fortuna est causa; proprie autem nullius: ut domus
architectus causa est, ex accidenti autem tibicen. Infinitaeque
sunt multitudinem, quibus cum venisset pecuniam acceperit,
non eius rei gratia profectus. Nam & videre aliquem vo-
lens, & insectans, & spectaturus, & fugiens.

Illud

Text. 50.

Text. 51.

Text. 52.

Text. 53.

Text. 54.

Text. 55.

Rhetoric. ad Theodect. capite 5. hisce verbis. Verum eorum quoque bonorum, que preter rationem accidunt, fortuna causa est, ut si cum ceteri fratres deformes sint, solus pulcher sit, vel si cum ceteri thesaurum non viderint, solus aspexerit, vel si, cum proximus sagitta interierit, is ne tactus quidem sit & cetera. Nam hec omnia fortunatorum esse videntur.

Text. 55.

e Illud etiam recte dicitur, fortunam esse quiddam a ratione alienum: quando quidem ratio in his versetur, que aut sunt semper, aut plerumque: fortuna autem in his, que preter hec sunt. Quare cum ea, que hoc modo sunt causae, definita non sint, fortuna etiam quiddam est non definitum.

Text. 56.

f Sed tamen aliquis dubitauerit, num fortunae quaevis causae esse possint, ut sanitatis, aut spiritus, aut aestus, sed non de tonsio: si quidem causarum ex accidenti aliae alij sunt propinquiores. g Secunda autem dicitur fortuna, cum bonum aliquod euenerit: aduersa, cum malum. Sed cum magna haec fuerint, fortunae gradis prosperitas, magnamque infortuniu: quare & cum parum abest quin excellens aliquid in malum, aut bonum incidamus, infortuniu magno, aut grandi fortunae prosperitate utimur, quandoquidem mens perinde statuit, ac si id iam adesset. Nam quod parum abest, nihil abesse propemodum videtur. Fortunae etiam grandis prosperitas ratione optima incerta est: fortuna etenim incerta est, quando nihil, nec semper, nec plerumque fortunatum esse potest. Vtrunque igitur, casus & fortuna causae ex accidenti in his sunt, que nec omnino, nec plerumque fieri contingit, & horum, que in his fiunt, que alicuius sunt gratia.

Text. 57.

g Secunda autem Solet fortuna varijs affici epithetis ratione effectuum, quos inducit. Horum nonnulla perstringit hoc loco Aristoteles.

Capitis septimi explanatio.



Ifferunt autem Casus & fortunae discrimen in eo esse docet, quod fortuna minus late pateat, & in ijs duntaxat posita sit, que ex proposito, & consulto geruntur: casus vero non ita se habeat. Sed enim aduertendum est casum bifariam sumi. Vno modo precise, quo pacto neque casus est fortuna, nec contra vlla

CAP. VI.



Ifferunt autem quoniam casus latius patet. Nam quod est a fortuna casus est, quod vero casus, non omne a fortuna. In ea enim omnia fortuna, & quod ab ea proficiscitur, cadit, quibus fortuna grandi prosperitate uti, & omnino agere datum est.

Vnde accipitur casus, ut est quid commune casui, & fortunae: sicque licet omnis fortuna casus sit, non tamen retro coment. Ac secundum hanc rationem

de quibusdam

Cum idem effectus fortuitus multas causas ex accidente habere possit; alias remotiores, alias propinquiores, in controversia adducit quae nam ex ijs causis fortuna existimanda sit. Ut si quis capillum totonderit, deinde estus, aut venti perflatus accesserit, & sanitatem preter opinionem recuperet, in quod hoc, ut in fortuitam causam conferenda valetudo sit? sentit verò, ut interpretatur Philoponus, vicinior rem causam magis dicendam fortunam, quos inducit.

Quod patet abesse nihil ab esse videtur.

Causa vicinior magis dicenda fortunata.

fortuna casus. Definitur enim ita accepta fortuna, causa per accidens in ijs, que alicuius gratia delectu sunt. Casus vero definitur, causa per accidens in ijs, que alicuius gratia sunt, sine delectu tamen. Altero modo accipitur casus, ut est quid commune casui, & fortunae

Quid sit fortuna.

Quid casus.

fuminat casus hoc loco ab Aristotele, definiturque ita. Casus est causa per accidens in ijs, que alicuius gratia sunt.

b Idque ex eo scire } Esse fortunam eorum tantum, que consilio geruntur, probat Aristoteles, quia fortuna ijs competit, quibus contingit esse bene fortunatos, & quorum proprium est in rebus agendis versari. Quod ex eo intelligi potest, quia fortunę excellens prosperitas aut est idem quod

felicitas, que actio quedam est, aut est illi cognata. Quare si ijs tantum convenit fortuna, quorum est agere, & agere est eorum, que utuntur deliberatione (cetera enim magis aguntur, quam agunt) consequens fit, ut fortuna tantum reperiat in ijs, que consilio fiunt. Circa hanc rationem aducere ex 1. lib. Ethic. cap. 7. felicitatem consistere in actione rationi consentanea, que hominis est propria, eique in vita perfecta contingit. Que felicitas non idem est, quod prosperitas, sed ei aliquantulum affinis, quatenus ipsa ornatur, & cumulatione redit; licet non defuerint, qui in ea felicitatem absolute collocarint; ad quorum dogma, est falsum, alludit Aristoteles cum dixit prosperam fortunam aut felicitatem esse & c.

c Ob eamque causam } Licet ijs, que delectu carent, fortunę ratio non conveniat, si proprie loquendum sit, convenit tamen similitudine quadam. Quo sensu Protarchus fortunatos dixit lapides, de quibus deorum altaria constarent, quod eis homines honorem eulampque exhiberent, & infortunatos eos, qui humi strati conculerentur pedibus. Addit etiam Aristoteles ea, in que deliberatio non cadit, licet circa fortuitos eventus aliquid non agant, posse tamen eos perpeti, si aliquid interueniat factum ab ijs, qui fortuito egerint. Exemplum esse potest infans, qui alicuius opera obiectus feris, ab ijs sustentatus est, deinde ad regni fastigium peruenit.

Vnde & necesse est in rebus agendis fortunam versari. Text. 58.

b Idque ex eo scire licet, quod fortunę grandis prosperitas, aut cum felicitate idem esse, aut illi affinis videatur. Quare cum felicitas actio sit quedam, siquidem bona est actio, ea profecto, in que actio non cadit, nec fortuitam quidem rem ullam possunt efficere. c Ob eamque causam, neque inanimatum ullum, neque bellua, neque infans, quod delectum non

babeant, quidpiam agunt eorum, que fortuna eueniunt: nec item fortunę grandis prosperitate, aut excellenti infortunio, nisi quadam similitudine utuntur, ut Protarchus fortunatos dixit lapides, de quibus arę extractę essent, quod honore afficerentur, cum alij eiusdem generis pedibus conculerentur. Sed etiam hæc ipsa quodammodo a fortuna perpetiuntur, cum fortuna is egerit, cuius actio in eis versatur: alio modo non patiuntur. Casus autem alijs quoque animalibus, & mul-

tis inanimatis congruit, ut equum dicimus casu venisse, quod cum venisset, seruatus est, cum tamen ut seruaretur non venisset: tripes quoque casu cecidit, quod sedendi quidem sit causa, sed ut subselliū esset, non ceciderit. Perspicuum itaque est in

his, que alicuius gratia omnino fiunt, cum non eius, quod euenit gratia, cuius causa extra est, fiunt, tum nos ἀπὸ τῶν τοῦ καὶ τοῦ, id est casu id fieri dicere. Horum autem ea fortunę tribui, que cum in delectum cadant, in his, que delectu sunt prædita, casu efficiuntur. d Signum autem est, quia vox μὲν

τῆς, que valet frustra, tum usurpatur, cum id cuius gratia aliquid sit, factum non fuerit, sed illud, quod eius gratia. Vt si deambulatio deiciendi alui sit gratia, eaque deambulantem non subsequatur, frustra dicimus ambulasse, & suo effectu frustratam ambulationem: perinde ac μὲν τῆς, hoc est frustra id sit, quod cum alterius gratia aptum sit esse, id non perficit, cuius gratia est comparatum. Nā si quis se frustra lauasse dixerit, quod sol non defecerit ridiculus profecto fuerit, siquidem lotio eius gratia instituta non erat. Sic igitur τὸ αὐτὸ-

μᾶτος, hoc est, casus nominis ratione dicitur, cum αὐτὸ μὲν τῆς, hoc est, frustra ipsum fuerit effectum. Decidit namque lapis non feriendi gratia, casu igitur decidit, propterea quod etiam cadere possit, feriendi gratia ab aliquo deiectus.

Ab

Signum

Fortuna quomodo sit.

Fortuna quomodo sit.

Fortuna quomodo sit.

Fortuna quomodo sit.

Fortuna quomodo sit.

Text. 59.

Text. 60.

Text. 61.

Text. 62.

Text. 63.

d Signum autem est) Argumento à græci vocabuli notatione ostendit casum reperiri in ijs, quæ alicuius gratia sunt siue consilio, siue naturæ impulsu, siue ab animatis, siue ab animæ expertibus efficiantur. Nā casus, & frustra sunt sibi admodū vicina, siquidē αὐτομα-
ΤΟΥ, quod Latinis est casus, deducitur ἀπο τοῦ μάτην quod est frustra: at frustra dici-
mus quicquid alicuius gratia comparatum fuit, neque tamen illud obtinuit.

Text. 64.

Ab his autem quæ sunt natura id, quod fortuna euenit maximè abiunctum est. Nam cum præter naturam effectum quidpiam est, non à fortuna, sed casu potius factum fuisse enuntiamus. Quanquam & hoc quoque diuersum est, quā-

Text. 65.

doquidem vnius causa externa est, alterius insita. Quid igitur casus, & quid fortuna, & quid inter se differunt, dictū est. e Vtrunque autem eorū ad eum causæ modum pertinet,

Text. 66.

unde motus oritur principium. Aut enim eorum, quæ natu-

ra, aut eorum, quæ mente sunt, causæ sunt semper: sed earum multitudo definita non est. f Cum verò eorum, quorum

causa, aut mens, aut natura esse potest, casus, & for-

tuna sint causæ, idque tum demum, cum eorum aliquid sit ex accidenti, nihilque quod ex accidenti sit, ea antecedit, quæ

sunt per se, proinde quæ ex accidenti causa est, ea sit poste-

rior, quæ per se est, casus nimirum, & fortuna mente, &

Text. 67.

natura erunt posteriora. Quare si quàm maximè cæli causa sit casus, mentem & naturam, cum aliorum multorum, tum

huius vniuersi priorem esse causam necesse est.

ditur contra Democritum, qui cælestis mundi ortum casu & fortunæ ascribat. Nam cum casus & fortuna sint causæ per accidens, eorum quæ à mente vel natura sunt, nihil ab ijs proficisci potest, quin aliquid quidpiam à mente, vel natura prius oriatur, ex quo deinde fortui-

tus casus sequi possit. Quare si cælum casu procreatum foret, oporteret aliquem effectum per se, eius molitionem antegressum fuisse, quod absurdum dictū est.

e Vtrunque autē)

Statuit casum & for-

tunam ad genus cau-

sæ efficientis perti-

nere, quia nimirum

sunt causæ ex dele-

ctis, aut naturæ im-

pulsu efficientes id,

cui ex accidente ad-

iungitur, quod casa

euenit, veluti cūm

fossioni terræ, quam

per se & cōsilio fos-

for moliebatur, the-

sauri inuentio anno

ctitur, aut lapsui la-

pidis suo ponde-

re deuoluti vulnera-

tio prætereuntis So-

cratis.

f Cum vero eorū

Ex ijs, quæ hæcenus

disputauit, progre-

Casus & for-
tuna ad effici-
entem causā
pertinent.

Error Demo-
criti.

QVÆSTIO I.

SIT NE FORTVNA, ET FA-
tum in rebus an non?

ARTICVLVS I.

VERÆ DE FORTVNA
sententiæ explicatio.



Thnici, vt erant infinitis superstitionibus implicati, for-
tunæ numen dedere, nec solum Poetæ, qui multa menti-
untur, sed etiam nonnulli Philosophi. Tametsi horum
quidam, dum in re stulta volunt esse sapientes, fortunæ
sexum mutarunt, non Deam, vt Poetæ, sed Deum appellantes.

Cur Ethnici fortunę numen tribuerint. Fuerunt autem in hunc errorem inducti, quod viderent latentes quosdam, & inopinatos euentus, quorum causam cum ignorarent, nec tamen nullam esse sibi persuaderent, occultum aliquod esse numen, à quo ij prouenirent, idest, fortunam statuerunt. Vnde illud Ciceronis, ignoratio rerum, atque causarum, fortunę nomen induxit.

Fortunę pictura. Eius significatio. Porro Cebes Philosophus, alijque veteres fortunam cæcam effinxere, furenti similem, volubili saxo pendentem. Quo picturę artificio significare volebant eam nihil ratione, aut iudicio, omnia temerè, & cæco impetu administrare; rerum humanarum aleam fusque deque vertere; iniquam vexatricem esse, malis propitiam, bonis aduersam, vagam, ac versatilem, & in sola leuitate constantem.

Boet. Quò pertinet illud Boetij libro 2. de consolat. prosa 2. hunc continuum ludum ludimus, rotam volubili orbe versamus: infima summis, summa infimis immutare gaudemus. Sed alijs etiam modis

Alia fortunę effigies. Ethnici fortunam pingebant ad eius potentiam significandam. Nam Bupalus, vt Pausanias libro 4. ait, primus apud Smyrnæos statuam fortunę fecit capite polum, altera manu cornucopię quasi dominam gerentem.

Porro hanc tam absurdam, & ridiculam de fortunę imperio & diuinitate sententiam coarguit, præter alios, D. Augustinus 4. libro de ciuitate Dei cap. 18. & Lactantius libro 3. cap. 28. & 29. Ea igitur

1. concl. explosa duas conclusiones statuemus. Prima fit. Negari non debet dari in rebus fortunam, si fortuna sumatur, vt est causa per accidens in ijs, quæ ob aliquem finem ex electione operantur. Hęc conclusio comprobata fuit ab Aristotele cap. 5. huius libri, nec opus est plu-

Qui omnino casum, & fortunã negarunt. ribus eam argumentis stabilire: tametsi non defuerunt ex posterioribus Philosophis quidam ætate Magni Alberti, vt idem hoc in loco tractatu 2. cap. 10. commemorat, qui contra senserint, asseuerarintque non dari vlllo modo casum, aut fortunam.

2. concl. D. Aug. Secunda conclusio. Respectu Dei optimi, maximi, nihil casu, aut fortuito euenire potest. Hęc traditur à D. Augustino lib. 3. de Trinitate cap. 4. hisce verbis. Nihil in ista totius creaturę amplissima quadam, immensaque Republica est, quod non de interiori, atque intelligibili aula summi imperatoris aut iubeatur, aut permittatur. Astruitur verò ab eodem in lib. 83. quæstionum, quæst. 34. hunc in modum. Quidquid casu fit, temere fit; quidquid temerè fit, sine prouidentia fit; sed nihil extra diuinę prouidentię regulã accidit: ergo respectu illius nihil temerè, aut vice fortuita potest accidere.

Secundò idē suadet, quia si quid cõparatione Dei posset fortuito cõtingere, posset Deus esse causa per accidens alicuius: quod repugnat; primum quia omnis causa per accidens habet aliam nobiliorē, ad quam reuocetur. Deinde quia id, quod est causa per accidens, insciēter incurrit in effectū, quod Deo neutiquã conuenit, de quo rectè scripsit Boetius. 5. lib. proximè citati operis, metro 2. Huic

Repugnat Deum esse causam per accidens alicuius rei.

Boet.

Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole resistunt,
Non nox atris nubibus obstat.

Quæ sunt, quæ fuerint, veniuntq;
Vno mentis cernit in icu:
Quæ, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.

ARTICVLVS II.

QVO SENSV ADMITTI, AVT NE-
gari fatum debeat.

DIcamus etiam nonnihil de fato, quod casui & fortunæ cogna-
tum est. Quidam fatum, inane nomen sine re esse putarunt.
Alij ita fati legibus addixere omnia, vt voluntatis arbitrium
tollerent, aientes fatum esse indeclinabilem rerum seriem, & cate-
nam per æternæ consequentiæ ordines semet ipsam implicantem:
siue naturalem, & necessariam rerum consequentiam. Alij præterea
fati ordinem, ac prouidentiam ad species, non verò ad singularia, sal-
tem intereuntia, extenderunt.

Varij errorē
circa fatum,

His tamen reiectis, qui longè deuium à veritate iter tenuerunt,
admittendum est dari in rebus fatum; sed quale mox dicemus, neq;
propterea aut rerum contingentiam, aut voluntatis delectum & li-
bertatem adimi; cum minimè conueniat, vt fatum impediatur, vel è
medio tollat modum agendi particularium causarum, quarum aliæ
ex libertate, aliæ solo naturæ impetu, aliæ contingenter, aliæ ne-
cessariò ex se, ac suo apte ingenio operantur. Præsertim cum hæc in
agendo varietas ad pulchritudinem, & ornatum vniuersi magnope-
re conducat. Quam qui mundo adimunt similes ijs sunt, qui è pictu-
ra colorum differentiam, è musica vocum varietatem, è tragædia
personarum multitudinem tollunt.

Dari fatū in
rebus.

Est igitur fatum apud eos, qui recte sentiunt, nihil aliud, quam
inhærens rebus mobilibus immobilis dispositio, per quam diuina
prouidentia suis quæque necesse ordinibus, vt definit Boetius lib. 5.
de consolatione, prosa 6. Siue, est ordo causarum secundarum di-
uinam prouidentiam exequentium. Quam priorem definitionem
hinc intelliges. Cum Deus per causas medias pleraque effecta exhi-
beat, potest eiusmodi causarum ordinatio bifariam considerari: vno
modo prout in ipso Deo est; sicque vocatur prouidentia; & defini-
tur, ratio ordinis rerum in diuina mente existens. Altero, prout est
in causis ordinatis, directisque à Deo ad effecta producenda; atque
ita prædicta ordinatio fati rationem obtinet, diciturque dispositio,
seu ordo rebus mobilibus inhærens; mobilibus, inquam, quia causæ
secundariæ, in quibus fatum reperitur, in se spectatæ mutationi
sunt obnoxia: & in hanc, vel illam partem cadere possunt. Appel-
latur nihilominus idem ordo immobilis, quia stabilis est, ac firmus

Quid sit fa-
tum.

Quid prouī-
dentia.

non

que est lineę rectę definitio. Si peratur cur aliquis angulus rectus sit, dicitur, quia linea recta super recta ad perpendicularitatem cadens angulos rectos facit. Si rogetur cur aliquę lineę sint mēsurę, respondebit, quia habent cōmūnem aliquā mēsurā, quę est cōmēsuratarū linearū definitio.

c Ad id quod } Proponit exempla aliarum causarum, quę item redduntur, cum disquirimus quamobrem aliquid sit, ut quamobrem Phocensibus Thebani bellum intulerunt? redditur causa mouens, seu efficiens, quia Phocenses eorum templum spoliarunt. Quamobrem Rex Persarum Gręcię bellum intulit? redditur finis, quia Gręcię volebat imperare. Quamobrem putruit lectus? redditur materia, quia constabat ex ligno.

d Cum autem causę } Statuit pertinere ad Physicum nosse omnia causarum genera, eaque posse reddere, naturaliter; id est, ex proprijs principijs differendo. Ad huius verō rei vltiorē explicationem duo subiicit. Alterum est, causarum ad substantię generationem concurrentium plerūmq; tres in vnum coire: scilicet formam rei generantis, & genitę, atque etiam

Variarū causarum exempla.

Physiologus omnia causarum genera nouit, reddatque.

Text. 70.

d Cum autem causę sint quatuor, omnes nosse Physici est, & questionem, qua queritur, propter quid, in omnes reducens naturaliter reddet materiam, formam, id quod mouet, & id cuius gratia. Sed plerūque tres in vnum coeunt, quandoquidem forma, & id cuius gratia, sunt vnum: id autem, unde motus origo est, eius est speciei, cuius hæc sunt: hominem nāque homo generat, atque omnino ea, quę cum mouent mouentur: quę autem non ita se habent, non iam ad Physicam spectant. Neque enim motum, aut motus principium in se habentia, sed ab omni motu libera motionem efficiunt.

Text. 71.

e Quo fit ut tres sint tractationes, vna de immobili, altera de mobili quidem, sed eo quod non interit, tertia de ijs quę intereunt.

Text. 72.

f Causa itaque propter quam ab eo redditur, qui & ad materiam, & ad formam, & ad id, quod primum mouit, reducit. Generationis enim hoc modo maxime causas considerant quid, post, quid fiat, & quid primum effecerit, aut quid perpersum fuerit, eodemq; modo semper id, quod deinceps sequitur. g Duplex autem principium est, quod naturaliter mouet, quorum alterum quia motionis principium in se non habet, non est naturale: quo in genere est si quid mouet, nec mouetur, veluti id, quod immobile penitus est, & omnium primum.

Text. 73.

e Quo fit } Notat secundō, cum tria sint mouentium genera, scilicet immobilia, hoc est Deus & intelligentię, mobilia interitus expertia, id est cęlestia corpora; mobilia interitui obnoxia, nempe cęterę res naturales, vnunquodque ex his suam tractationem exposcere; licet duo posteriora ad eundem artificem pertineant. Nam primum negotij est Metaphysici, secundum & tertium Physici. Ac de primo disseruit Aristoteles in libris primę Philosophię: de secundo in libris de Cęlo; de tertio in cęteris operibus suę Physiologię.

Tria genera mouentium.

f Causa itaque } Probat iam omnes quatuor causas pertinere ad Physicam considerationē. Nam eiusdem disciplinę est generationem, & generationis causas scire. Quare cum ad Physicam pertineat ortum rerum naturalium considerare, pertinebit & eius causas cognoscere. Porro autem inueniri in qualibet generatione causas omnes inde constat: quia inueni ut imprimis id gratia cuius efficiens operatur, id est, finis, & forma ipsa, quę inducitur, & item quod patitur, formamque recipit, id est materia; ac denique efficiens, quod rem gignit.

g Duplex autem } Dixerat causas, quę ita mouent, ut ipse immobiles sint, considerationis Physicę non esse. Nunc quia posset id quispiam in dubium vocare, propterea quod omnia eiusmodi mouentia naturaliter, hoc est, vi, ac facultate proprię nature mouentur; & quęcunque mouent naturaliter videntur cadere sub contemplationem Physicam: occurrit non

quę

Que mouen-
tia pertineat
ad Physicu.

que quouis modo naturaliter mouent pertinere ad Physicum, sed que habent in se principium motionis, quo ipsa ciantur: quod longe abest a primo mouente, hoc est, Deo, in quo nulla prorsus mutatio inueniri potest.

h Itemque essentia & Forma quatenus rationem finis obtinet, vnum est ex immobili- us, quia finis mouet nullum in se motum subeundo: pertinet tamen eius consideratio ad Physicum, quia cum natura gratia finis operetur, nemo exacte naturam cognoscer, qui formam etiam qua finis est, ignorauerit.

Physicus per
omnes caus-
as de monf-
trat.

i Causa propter quam & Doce: Physicum per omnia e iussarum genera damonstrare. Nam per causam efficientem demonstrat rem quimpiam effici, aut necessario, vt fieri dies longiores, quia sol ad nos propius accedit: aut plerunque, vt ex eo quod genitor bipes sit prolem futuram bipedem. Per causam materialem, vt mixta dissolui, quia constant ex quatuor elementis. Per formam, vt hominem esse aptum ad capessendas disciplinas, quia est particeps rationis. Per finem, vt

detes aduersos acutos esse, quia dantur a natura ad diuidendum cibum.

k Veluti ex hoc & Causam efficientem indicat illis verbis, ex hoc illud, materialem illis, vt ex propositionibus

h Itemque essentia & forma: finis enim est & cuius gratia. Quare cum natura alicuius gratia efficiat, banc quoque necesse est scire, i & causa propter quam, omni ex parte reddi debet, k veluti ex hoc illud necessario fieri, ex eo autem illud aut omnino, aut plerunque, et si hoc futurum est, vt ex propositionibus conclusio, & quia hac essentia est, & quia sic prestat, non omnino, sed pro cuiusque essentia.

Text. 74.

CAP.

Finis vni-
cuique pro-
prius, illi opti-
mam quid.

conclusio, est enim talis conclusio, quia constat tanquam ex materia talibus terminis in maiori, & minori propositione dispositis. Formalem illis, & quia hec essentia est, nam forma est precipue ratio quidditatis. Denique finalem illis, & quia sic prestat, nam ex fine, tanquam ex mensura sumitur ratio conuenientiar, vti oculos debere esse in capite, quia ita speculatoribus conuenit. Addit autem, Pro cuiusque essentia, quia finis vnicuique proprius, est illi optimum quid spectata eius natura, que vt in alijs alia est, ita & alius finis.

QVÆSTIO I.

VTRVM CAVSSA RECTE A PHILOSOPHIS DEFINIATUR, AN NON?

ARTICVLVS I:

TRADVNTVR VARIE CAVSSÆ definitiones è quibus vna maximè probatur.



Equitur vt de causis differamus, quarum tractatio precipui momenti in Physiologia est non solum quia cause sunt quasi fontes aliqui perennes, ac redundantes, vnde existunt omnia, quacunque natura rerum capit, & continet; sed etiam quia ex earum ignorance & effectorum notitia admiratio existit, a qua sicuti, teste Aristotele 1. Metaphys. c. 2.

Ab admiratione cepit
Philosophia.

post Platonem in Theæteto, initium duxit Philosophia; ita tunc absoluta censetur, cum admiratione ipsa deposita perfectam causam

cum

rum notitiam amplexa est; unde Hesiodus in libro, qui inscribitur *Hesiodus*
 opera, & dies, eum felicem vocat, qui potuit rerum cognoscere causas.

Ut igitur quid causa sit primum scrutemur, sciendum est causae *Causae nomen variè sumitur.*
 nomen multifariam usurpari; nonnunquam admodum amplè, aliquando nimis pressè, interdum medio quodam modo. Admodum amplè, & more populari, dum ita sumitur, ut cum principio reciprocetur; quo pacto causae nomen accepit Aristoteles 12. libro *Metaphys. cap. 2. tex. 12.* cum priuationem causam vocauit. Nimis pressè, cum causa spectatur, prout habet ordinem ad effectum; & effectus quatenus ab efficiendo dicitur; sic enim solam agentem causam complectitur. Atque in hoc sensu ait *D. Augustinus lib. 83. quæst. q. 28.* omnem causam efficientem esse, & *Plato in Hippia Maiore,* efficiens & causam nihil omnino differre. Medio quodam modo, cum omnia, ac sola quatuor vulgata causarum genera comprehendit. Quæ propria est, & à Philosophis passim usurpata causae notio; atque in eo sensu erit à nobis de causa hoc in loco disputandum.

Porro causae definitionem nullibi expressè tradit Aristoteles; sed ex ijs, quæ proximo superiori capite, text. 68. docuit, hanc interpretes eliciunt. Causa est id, quod reddimus, cum propter quid res quæque ita se habeat, inquiritur. Quo in loco verbum, propter quid, quod si propriè sumatur ad causam finalem duntaxat pertinet, fusa significatione usurpauit, ita ut in omnes causas pateat. *Plutarchus verò libro primo de placitis Philosoph. capit. 11.* ex veterum decretis ita causam definit. Causa est, per quam aliquid contingit. *Auicenna, in sua Metaphysica tractatu 6. capit. 1.* causam censet esse id, quod tribuit esse rei. *Boetius in Topicis, D. Thomas, alijque Peripatetici* hanc definitionem crebro usurpant, quam ex libro de causis elicitam volunt; Causa est id, ad quod aliud sequitur. Intelligunt autem sequi aliud ita, ut ab illo esse accipiat. Namque ex facultate ad ridendum sequitur humanitas; cum risibile & homo inter se reciprocantur; & tamen facultas ad ridendum non est humanitatis causa; quia humanitas suum esse ab illa non accipit.

Cæterum ex omnibus definitionibus illa nobis magis arripet. Causa est id, à quo aliquid per se pendet. Eius autem explicatio in ijs, quæ superiori libro circa definitionem principiorum disseruimus, magna ex parte continetur. Quare non est cur actum agamus. Illud tantum adijcimus, particulam, per se, poni ad remouendas causas per accidens, ut musicum respectu ædificij, & eas, quas appellant conditiones, sine quibus non,

cuiusmodi sunt rerum occasiones, locus, & tempus, aliaque id genus, sine quibus actio non procedet, cum tamen effecta non per se, & directò ab illis pendeant.

A R T I C V L V S II.

O B I E C T A C O N T R A D E F I N I - t i o n e m c a u s æ .

Obiect.

Sed iam aliquis obijciat. Nonnulla dantur, quæ non sunt causæ, à quibus tamē aliqua per se depēdent: quædā itē sunt causæ, à quibus non pendent per se alia: igitur definitio causæ nec soli nec toti definito cōuenit. Prior antecedentis pars ostenditur. Nā, vnum relatum pendet per se ab alio; cum relatorum proprietas sit sese mutuò in rerum natura ponere & tollere. Item generatio pendet per se à priuatione; siquidem priuatio est per se principiū illius. Item homo pendet per se ab animali rationis particeps; quandoquidem illius essentia hæc est. Præterea humanitas Christi pendet per se à Verbo diuino, vt à terminante ipsius dependentiam: Et tamen neque vnum relatum cōparatione alterius causa est, cum ambo sint simul natura, vt in relationis categoria docet Aristoteles; neque priuatio est causa generationis, vt ex superiori libro patet; neque animal particeps rationis est causa hominis, si verum est, quod alibi diximus, omnem causam distingui essentia à suo effectu; neque item Verbum diuinum quatenus terminat humanitatis dependentiam, potest esse causa, quia cum radix causalitatis diuinæ erga creaturas sit potentia diuina, quæ est eadem in tribus personis, iam omnes tres personæ terminarent dependentiam humanitatis, atque adeò omnes illi essent vnitæ, quod decretis fidei repugnat. Ergo etcæt.

Ex dependētia vnus relati ab alio.

Generatio nis à priuatione.

Hominis à sua essentia.

Humanitatis à Verbo diuino.

A communi effar. Philo.

Deinde posterior pars antecedentis ita suadetur. Commune philosophorum effatum est, id quod est primum in vnoquoque genere esse causam reliquorum; & tamen aliqua dantur in generibus prima, à quibus non pendent reliqua. Ergo aliquid est causa, à quo aliud non per se pendet. Probatur assumptio; quia candor est primus in genere colorum, & lux prima inter omnes qualitates, quæ sub sensum cadunt: & tamen neque à candore alij colores, neque à luce omnes qualitates sensibiles pendent.

A R T I C V L V S III.

D I L V T I O O B I E C T O R V M .

Supē

Superiora obiecta, quæ ad confirmandam priorem antecedentis partem allata fuere, paruo negotio confutabit, qui dixerit nihil per se ab aliquo pendere (saltem prout pendere hoc loco à nobis sumitur) nisi ab eo accipiat esse: quo pacto non sunt affecta aut vnum relatum comparatione alterius; aut generatio respectu priuationis. Item dependentiam propriè sumptam non versari inter ea, quæ essentia non differunt, sicque hominem, si propriè, & Philosophicè loquendum sit, non pendere ab animali rationali. Quod verò attinet ad dependentiam humanitatis à diuino Verbo, quod altioris negotij est, respondemus humanitatem pendere ab illo, vt à puro termino, non vt à conferente per se primò aliquod esse naturæ: proindeque Verbum diuinum non propriè humanitatis causam esse: habere tamen modum quædam formalis causæ respectu illius, quatenus eam supra omnem naturæ modum perficit, suam ei substantiam, & personalitatem attribuendo.

Verbum diuinum comparatione humanitatis assumptæ habet modum causæ formalis.

Circa id, quod postremò obiectum fuit, aduerte in primis effectum illud, primum in vnoquoque genere est causa reliquorum, non inueniri in 2. libro Metaphys. c. 1. tex. 4. vnde à nonnullis citatur. Eo enim loco tantum docet Aristoteles semper illud esse magis tale, propter quod vnumquodque tale est. Deinde quòd ad eius intelligentiam spectat, non parum inter se auctores dissident, vt videre est apud Capreolum in 2. dist. 14. q. vnica art. 1. Ferrariensem ad caput 13. libri primi contra gentes. Omissa longiori disputatione, placet interpretatio Durandi in 2. dist. 15. quæst. vltima, etsi Thomistis non probetur, videlicet id, quod est primum in vnoquoque genere esse causam reliquorū, si sit primum in aliquo genere causalitatis; quomodo primum efficiens est causa omnium efficientium; & vltimus finis, qui est vltimus, & principalis in genere finium, est causa finalis aliorum. Primum verò, siue præstantius in genere prædicamentali, hoc est, inter species alicuius categoriæ, cuiusmodi est candor inter colores, lux inter sensibiles qualitates, non oportere esse aliorum causam, si causa propriè sumatur. Addimus tamen id, quod ita primum est, posse vtcunque vocari causam exemplarem aliorum, quatenus est veluti mensura, cuius maiori, minoriue propinquitate eorū perfectio æstimatur; secundum quā considerationem alia quoquo modo ab illa pendere dicenda sunt. Vnde patet nihil superioribus argumentis fuisse conclusum contra causæ definitionem, cuius multò vberior, & illustrior explicatio tradita est à Fonseca lib. 1. Metaph. cap. 7. q. 1. sect. 3.

Quo pacto primum in vnoquoque genere dici possit causa reliquorum.

QVAESTIO II.

UTRUM NE CAUSARVM GENERA

quatuor sint, an non?

LI 2

ARTI

ARTICVLVS I.

CONSTITVITVR CAVSARVM

numeris.



Discrepantes
sententię de
numero cau-
saram.

DE numero causarum neque inter prisca doctrina viros, neque inter posteriores Philosophos satis constitit. Non nulli enim, quibus causarum turba displicuit, solam materiam causę nomine dignam habuere, similes ijs, qui opus aliquod Phidię, aut Praxitelis intuentes solum in eo marmor, aut æs admirantur. Alij ad materię iacentis inertiam, efficientis causę vim tantummodo adiunxere. Alij numero gaudentes impari tres fecere causas, Deum, materiam, & formam. Denique, vt ceteros omittamus, fuere è recentioribus Philosophis, qui octo causarum genera non minus inter se diuersa, quàm sunt, quę Aristoteles posuit, numeranda iudicarint.

Veterum opi-
niones de nu-
mero causa-
rum quę
apud Laertii
in vita Zeno-
nis Citrei.
Mirandoli 2.
de examine
vanit. ca. 10.

Quaternarij
causarũ nu-
merus.

Cõprobatũ.

Vera tamen est Aristotelis sententia asserentis quatuor esse duntaxat causarum genera; scilicet causam efficientem, finem, formam, & materiam. Quem ille numerum ex varietate quęstionum, quibus propter quid aliquid sit, quęritur, capit. 7. huius libri comprobauit. Nam cum causa sit ratio, quę affertur ad quęstionē explicandam; quot sunt genera quęstionum, tot erunt causarum: quęstionũ autem quatuor sunt genera. Aut enim quęrimus, cuius gratia aliquid fit, & est finis: aut à quo fit, & est efficiens: aut ex quo, & est materia: aut per quid, & est forma.

Astruitur idẽ
numero caus-
sarũ alia ra-
tione.

Id ipsum quoque alijs rationibus confirmarunt Albertus Magnus hoc loco tractatu. 2. cap. 7. & 5. Metaphysicorum c. 3. D. Thomas in opusc. 31. Auicenna in sua Metaphysica, tractatu 6. cap. 1. Simplicius hoc in libro ad text. 68. Sufficiet tamen hæc vna ratio, Composita naturalia non fiunt ex nihilo; quia per naturam ex nihilo nihil fit: fient igitur ex aliquo præexistente; quod cum non sit totum compositum; alioqui iam res ante ortum suum existeret, oportebit fieri simul ex alio denuo accedente, quod rem compleat, absoluatq;: at quod præexistit, est pura potētia, seu materia; quod absolutionē affert, est actus, seu forma. Igitur omnia cõposita naturalia constant ex duplici causa interna; videlicet materia, & forma. Rursus præter has, quia nihil à se ipso effici potest, requirunt causam efficientē, à qua producatur; efficiēs autē si nõ temerè, & inordinatè agat, necesse est, vt ob aliquē finem operetur. Erunt igitur cuiuslibet rei naturalis quatuor causę; duę internę, materia scilicet, & forma: & externę duę, vt pote efficiens, & finis. Quod si res naturales, quę omnium maxime compositę sunt, atque adeo

Res physice
omniũ max-
imè compo-
sitę.

à plu-

à pluribus dependet, plures causas nō exigunt; planè sequitur causarum numerum ampliorem esse neutiquam posse, si de generalibus cauſſandi modis loquamur.

ARTICVLVS II.

OBIECTA QVÆDAM.

SED contra hæc sic licet obijcere. Instrumēta agentium, vt calor ignis, ferra artificis, aliaque huiusmodi sunt veræ cauſſæ; cum in effecta per se influant; & tamen ad nullum ex quatuor generibus pertinent: plura igitur sunt causarū genera. Probat̄ assumptio. Nam quod ad cauſam efficientem, ad quam pertinere videbantur, re vera non pertineant, ex eo constare videtur, quia cauſa efficiens vt Aristoteles docuit hoc in lib. cap. 3. tex. 29. est, à qua effectus primò oritur; at effectus non primò oritur ab instrumēto; cum instrumentum non nisi virtute prioris agentis operetur.

Deinde Actus pendent per se ac secundum essentiam ab obiectis, in quæ feruntur; ergo obiecta sunt cauſæ actuum: & tamen ad nullum è quatuor vulgatis generibus videntur pertinere. Sunt igitur plura genera. Quòd si quis respondeat obiecta pertinere ad cauſam finalem, quia actus referuntur ad obiecta tanquam ad finem; in pròptu est refutatio. Nullius enim rei essentia secundum se sumpta pēdet à fine, sicuti nec ab efficiente; cum hæ duæ cauſæ non respiciant effecta, nisi vel quatenus actu producuntur, vel vt producibilia sunt, quæ est quædam effectio rerum essentiam consequens, non verò ipsa essentia.

Tertiò Cauſa efficiens intellectu prædita, dum ex arte agit intuetur exemplar, quod imitatur, & à quo per se pendet res, quam efficit. Igitur exemplar est cauſa per se rerum artefactarum. Nec satisfacet qui dixerit Aristotelem solas rerum naturalium causas tradere instituisse. Namque licet res naturales nō per se pendeant ab exemplari creato; pendent tamē ab ideis, siue exemplaribus diuinis, respectu quorū artefacta quædam sunt. Quare etiam res naturales habent exemplaria, à quibus per se dependent. Quæ cum Aristoteles hoc loco non tradiderit, sanè parum accuratè videtur cauſarum generanumerasse.

ARTICVLVS III.

DILVTIO OBIECTORVM.

AD primum horum respondet Philoponus hoc in lib. tex. 27. instrumenta reduci ad cauſam materialem; sed non rectè sentit. Primùm quia sola cauſa efficiens proprie instrumenta habet,

Instrumenta
per se
causa efficiens
habent

1. obiectio
fa
via
in

2. obiectio
Preoccupatio

3. obiectio
Confutatio
responsionis

Dilutio 1. ob

Instrumenta
pertinent ad
causam effici-
entem.

Dilatatio 2.

Obiecta res-
pectu actuum
pertinent ad
causam for-
malem exter-
nam.

habet. Deinde quia instrumenta influunt actuè in effectū dum agē-
tis actionē exequentur, quod materiali causæ non conuenit. Qua-
re dicendum potius instrumenta pertinere ad causam efficientem,
esto illis tradita causæ efficientis definitio non competat; quia nimi-
rū nō omnes causæ efficiētes ea definiuntur, sed præcipuæ tantum,
& quæ dignæ habentur, quibus effecta simpliciter attribui possint.

Ad secundum, dic obiecta comparatione actuum, quibus speciē
tribuunt, non pertinere ad causam finalem, ut probat argumentum,
sed ad formalem; non quidem internam, sed externam duntaxat, ut
docet D. Thomas in prima secundæ q. 1. art. 3. Est enim proprium
causæ formalis certæ speciei notam rebus indere, quod actibus præ-
stāt obiecta; nō quidē eos intrinsecè cōponendo, sed exterius mēsu-
rando. Nec officit quod illis notio causæ formalis, quam Aristote-
les hoc in lib. cap. 3. tex. 28. assignauit, simpliciter non accommo-
detur: non enim eo loci causa formalis in tota suæ significationis am-
plitudine definita est.

Vltima obiectio peculiarem attingit difficultatem de causa ex-
emplari, quæ separatim à nobis excutienda est.

QVÆSTIO III.

QVID NAM SIT EXEMPLAR.

ARTICVLVS I.

ENODATUR EXEMPLARIS, seu ideæ definitio.

Cognitio ide-
arum quanti-
sit momenti.
D. Aug.
Clemēs Ale.



De natura
ideæ diuersa
dogmata.

DEARVM cognitionem non solum ad sapiē-
tiæ studium necessariam, sed ad morū discipli-
nam perutilem esse constat ex ijs, quæ scripsit
D. Augustinus lib. 83. quæstionum, quæst. 46.
& Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromat. Ille
enim negat absque ideis quenquam sapientem
esse posse; hic affirmat eum, qui diuinas ideas
contemplatus fuerit, victurum quasi Deum inter homines; quod
nimirum altissima æstimanti, res istæ sublunares volent velut um-
bræ. Porro nos hoc loco de exemplari, siue idea disseremus, quod
hoc vnum sit è generibus causarum, ut mox patebit; de quo tamen
Aristoteles aut nihil, aut ppe nihil disputauit. Imprimis ergo quod
ad naturam, definitionemque ideæ spectat, variæ de illa fuere sentē-
tiæ, ut legere est apud Eusebium Cæsariensem in lib. contra Philo-
sophos cap. 44. Alcinoum in libro de doctrina Platonis cap. 9. &
Plutarchum lib. de placitis cap. 3.

Sed

Sed ijs omisissis placet ea definitio, quæ colligitur ex D. Augustino libro 12. de ciuitate Dei cap. 25. traditurque a D. Thoma de veritate quæst. 3. art. 1. videlicet, Idea est forma, quam aliquid imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem. Quæ ut intelligatur, aduertendum est formam, quod ad rem præsentem attinet, tripartitò diuidi; scilicet in formam à qua, ex qua, & ad quam. Forma à qua est ea, à qua effectus, vt ab agendi principio egreditur. Forma ex qua est illa, è qua res constat. Vtriusque exemplum est animus hominis, à quo intelligendi actio manat, & ex quo simul cum materia homo componitur. Forma verò ad quam est, ad cuius similitudinem aliquid fit.

Igitur in proposita definitione locum generis subit forma. prout hanc triplicem formarum varietatem comprehendit. Verba illa, quæ aliquid imitatur, excludunt à ratione exemplaris formas, quas aliæ non imitantur, vt formam humanam comparatione formæ ignis. Deinde illa, ex intentione agentis, remouent formas, quas effecta casu exprimunt, quo pacto si Apelles nihil ad Platonem respiciens suis eum lineamentis fortuito effingeret, non diceretur Plato illius imaginis exemplar. Additur, determinantis sibi finem, vt rejiciantur formæ agentium naturalium, veluti forma ignis alium ignem generantis. Neque enim illa ignis geniti exemplar propriè dicitur: quia cum ignis per intellectum, & voluntatem nequaquam operetur, finem sibi præstitueret nequit; quod tamen in ijs, quæ propriè ad exemplar agunt, necessariò requiritur. Vnde D. Thomas art. 3. quæstionis proximè citatæ admonet nec ipsam diuinam essentiam, quæ essentia est, sed quæ intellecta, ideæ habere rationem. Quare probanda non erit eorum sententia, qui asserunt effecta, naturalia habere ideam, siue exemplar sui in causa proxima: nisi forte exemplaris nomen laxiori significato usurpent.

ARTICVLVS II.

EXEMPLAR NON ESSE RATIONEM formalem, sed obiectiuam.

Porro cum multa in quolibet artifice reperiantur, vt ars, species intelligibilis, & cōceptus, tum formalis, id est, imago expressa rei artefactæ; tum obiectiuus, hoc est, res ipsa artefacta, quam mente concipit: quæret aliquis ecquod horum exemplaris habeat rationem? Communis Philosophorum, Theologorumque sententia est, exemplar, siue ideam, si propriè sumatur, esse conceptum. Nam quod neque ars, neque species intelligibilis exemplar sit, ex eo manifestum est, quia hæc sunt agendi principia; non verò id, quod artifex imitatur. Controuersia tamen non parua est vter conceptus

exem-

Idea definitio ex D. Aug.

Tripartita formarum varietas.

Eucleatur idea definitio.

Formæ agentium naturalium non sunt ideæ.

Communis sententia exemplar esse conceptum.

Quod exem-
plar videatur
conceptus for-
malis.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

Exemplar ef-
se conceptum
obiectiuū ali
onū opinio.

1. argum.

Beati multo-
rū scētia nō
formant ver-
bum.

2. argum.

3. argum.

4. argum.

Platonici ex
antiquis Phi-
maximè ide-
as celebrarūt.

Boetius.

Aristoteles.

exemplar sit. Alij namque formalem, alij obiectiuum esse arbitrantur. Priores suam sententiam inde comprobant, quia oportet exemplar expressiuum esse rei, quæ exterius efformatur; at exprimere non rationi obiectiuæ, sed formali conuenit. Deinde quia ideæ sunt principia cognoscendi; ratio autem obiectiua non principium est, sed terminus, in quem fertur cognitio. Tertiò quia si ideæ essent rationes obiectiuæ, hoc est, artefacta mente concepta, vel essent eadē singularia, quæ exterius efformanda sunt, vel alia. Non eadem, tū quia idem sibi ipsi causa esset, tum quia singularis differentia futuri artefacti pendet à concursu circumstantiarum, quæ non dum existunt, atque adeò nequit artifex certam illius habere prænotionem; sed neque potest esse aliud singulare; cum artifex aliud sibi imitandum, saltem per se non proponat; igitur artefactum menti obiectum non continet rationem ideæ. Postremò idem ex eo confirmatur, quia ideæ in Deo non videntur esse rationes obiectiuæ, sed formales. Primum quia ex communi Theologorum sententia distinctio idearum est prima omnium, quæ in Deo respectu creaturæ inuenitur; prior verò est distinctio rationum formalium, quam obiectiuarum. Secundò quia si creaturæ à Deo conceptæ, vt homo, leo, aquila, essent ideæ, sumeret Deus à creaturis rationem operandi, nec per se sibi ad agendum sufficeret, quod nullo pacto admittendum est.

Alij censent exemplar esse conceptum obiectiuum, quod ita probant. Esto artifex nullum conceptum formaret, sola cognitio sat esset, vt rem intellectam exterius effingeret. Dari igitur potest exemplar sine conceptu formali. Antecedens ostendi solet in beatis, qui diuinam naturam intuentes non formant verbum, vt est complurium Theologorum opinio: & tamen possunt nonnulla eorum, quæ in ea apprehendunt, externo opere efficere, non aliquam internam imaginem imitando; sed res obiectas exprimendo. Secundò ita argumentantur, exemplar est id, ad quod artifex intuendo, operari dicitur: atqui artifex dum operatur non intuetur suum conceptum formalem; nec necesse est ea reflexione vti. Igitur conceptus formalis non est exemplar artificis. Tertiò, Causalitas exemplaris consistit in quadam imitatione passiuā; sed artifices non imitantur conceptum, cum illum opere non exprimant, sed rem conceptu representatam. Ergo ea potius exemplar est. Quarto, Platonici, qui ex omnibus antiquitatis Philosophis maximè ideas celebrarūt, appellabant eas, res ipsas à materiæ commercio, & singularium concretione abiunctas. Itē Boetius lib. 3. de consolatione Philosophiæ, metro 9. loquens de mūdo archetypo, mundi nomen ei indit. Tu, inquit, cūcta superno ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse mundum mente gerens. Denique Aristoteles 7. Metaphysicæ cap. 7. tex. 23. ait corporis sanitatem fieri à sanitate, quæ est in mente; quo loco per sanitatem, quæ est in mente, haud dubiè intellexit exemplar sanitatis, quod in medici animo insidet; hoc autem non sanitatis

imagi-

imaginem vocavit; sed sanitatem ipsam menti obiectam. Quare videtur hi auctores rationē exemplaris in cōceptu obiectiuo collocasse.

Hæc posterior opinio verisimilior videtur, quam amplexus est *A. approbatur*
2. d. inio.

Item Bassolius in 1. d. 36. quest. 2. ar. 2. Bacon quodl. 2. q. 2.

D. Thomas de veritate quæst. 93. art. 2. Durandus in 1. d. 36. q. 3. art. 3. Scotus. d. 35. q. vnica, Ochamus, & Gabriel ibidem quæst. 5, Alencensis in 1. q. 6. art. 3. alijque ætatis nostræ Philosophi non pauci.

Neque erit difficile aduersariæ sententiæ argumenta diluere. Ad primum enim respondetur non pertinere ad rationem exemplaris in cōmune esse expressiuum, seu declaratiuum rei; sed esse id, quod artifex intueatur, & imitando exprimat. Quanquam & illud dici potest, etiam cōceptum obiectiuum exprimere rem, vel quatenus est quid exemplariter imitabile; vel ratione cōceptus, in quo repræsentatur. Peculiariter tamen diuinis ideis attribuitur exprimere res ipsas; quia essentia diuina, quæ obtinet rationem ideæ, quatenus cognoscitur à Deo vt imitabilis à creaturis, eminenter continet hominem verbi gratia cuius est idea, prout ab illo est imitabilis, similiterque res cæteras, & eas perfectissimè repræsentat. *Dilutio primi arg. pro priori sententiæ.*

Ex hac solutione habetur secundi argumenti explicatio. Eodem enim modo, quo concedimus, vel negamus exemplar esse expressiuum rei, concedi etiam vel negari debet esse rationem cognoscendi. *Dilutio 2.*

Ad 3. respōdemus ideam, siue exemplar artificis creati nō esse illudmet singulare artefactū, quod re ipsa molitur; nec aliud extra mentē consistens, ad quod oculos referat, quasi id per se, aut necessariò requiratur; sed esse artefactū aliud cōfusum, & quasi vagū, quod mēte apprehendit, & ad cuius imitationem externum opus effingit. *Dilutio 3.*

Ad 4. quod ad priorem eius partem attinet, respōdemus rationes obiectiuas, idest, creaturas prout diuino cōceptui obijciuntur posteriores esse rationibus formalibus: non tamen essentiam diuinam vt eidem conceptui repræsentatur secundum rationes imitabilitatis. Ad posteriorem partem eiusdem arg. dicimus in nostra sententia diuinas ideas nō esse creaturas ipsas à Deo cognitatas; & tamē esse rationes obiectiuas, idest ipsā diuinā essentiā conceptā à Deo prout à rebus creatis est imitabilis. Itaque existimamus diuinā, & creatā ideā partim inter se cōuenire, partim differre: Cōuenire, quod vtraque sit ratio obiectiua; differre, quod architecti summi idea non sit res, quā pducere instituit, sicuti idea creati artificis. Cuius discriminis ea ratio est, quia in essentia diuina, quæ est primariū diuinæ intellectiōnis obiectū, cōtinent, ac relucēt oīa, quæ effici possūt; p indeq; necesse est vt De⁹ in quouis ope faciūdo ad eā p̄cipaliter respiciat, eādēq; primaria ratione imitetur. In artifice verò creato nō ita res habet. *Dilutio 4. Discrimē & cōuenientiā inter ideam diuinam, & creatam.*

QVAESTIO IIII.

VTRVM EXEMPLAR VERE, AC PROPRIÈ CAUSA SIT AD GENUS CAUSÆ FORMALIS PERTINÈS?

Mm

ARTI

ARTICVLVS I.

CONCLVDITVR PARS

affirmatiua.

HIS ita explicatis, vt ad quæstionem antè excitatam veniamus; **H**imprimis quod exemplar verè, ac propriè causa sit, facile cõ-
 uinci potest. Primùm quia omne artefactum per se pendet à suo exemplari; verbi gratia cuncta, quæ in natura fiunt ab ideis diuinis; & domus, cæteræque res arte laboratæ ab idea creati artificis, & à natura, cuius per se æmulæ sunt, vt alibi diximus. Secundò quia si de Socratis imagine cur sima sit, quispiam interroget, nõ dissoluetur perfectè quæstio, nisi exemplari, vt causa reddito. Tertiò quia non solum ex Platonico dogmate in Timæo, & Phædone, alijsque in locis; sed etiam ex cõmuni Theologorum sensu ideæ dicuntur principes & primariæ rerum causæ.

Controuersia tamen est ad quod nam causæ genus exemplar pertineat. Scotus in suis theorematibus, & in 1. d. 2. q. 2. & d. 36. q. vni-
 ca art. 1. Heruæus eadem distinc. q. 1. D. Bonauentura in 3. d. 11. q. 3. Alensis prima parte q. 23. membro 4. art. 1. alijsque nonnulli putant reduci ad causã efficientem; quæ opinio ita probari potest. Eodem modo se habet forma intelligibilis ad artefactũ, quo forma physica ad naturalẽ effectum, quem producit; vtraque enim est forma agentis ipsius actionẽ determinans: sed forma Physica efficienter influit in effectum, & ad causã efficientẽ pertinet. Ergo & forma intelligibilis, siue exemplar. Secundò, exemplar respectu artefacti est vti sigillum comparatione figuræ, quam exprimit, vt rectè ait Philo Iudæus in libro, qui inscribitur, quod deterius potiori insidiari soleat, Atqui sigillam efficienter exprimit figuram, proindeque ad causã efficientem reduci debet; ergo & exemplar. Adde quod ideæ diuinæ tum à D. Dionysio 4. & 5. capit. de diuinis nominibus & à D. Augustino 12. de ciuitate Dei cap. 25. tum ab alijs Theologis nuncupantur effectrices rerum existentium causæ. Quare non videtur negãdum eas, proindeq; cætera exẽplaria ad genus causæ efficiẽtis pertinere.

Verisimilior tamẽ est opposita sctẽtia aientium exemplar secundũ eam causalitatem, quam sibi, quatenus exemplar est, vendicat, hoc est, quatenus est forma obiectiua, vnde sumitur imitatio, nõ ad causam efficientẽ, sed formalẽ spectare. Quã tuetur Magnus Albertus in 1. d. 20. ar. 1. Aegidius in theorematibus ppositione 37. Hæricus Gãdauẽsis quodlib. 9. q. 1. Durãdus in 1. d. 45. q. 2. Argẽtinas quæst. vnica ar. 2. Caietan⁹ ad ar. 4. quæstionis 6. primæ partis, & ad ar. 3. quæstionis 44. alijsque nonnulli. Probaturque in hunc modum. Exẽplar, vt ex dictis patet, nihil est aliud, quàm id, ad quod respiciens artifex operatur, quodque imitando exprimit; atque ita exemplar

eatenus

Prima probatio conclusio nis.

Secunda.

Tertia.

Qui auctores reuocent exẽplar ad causam efficientem.

Quibus argumentis.

Philonis sententia de Ideis.

D. Dionys. D. August.

Exẽplar pertinere ad genus causæ formalis.

A causalitate propria exẽplaris.

Art. 2. superius oris quæst. artic. n. 3.

Bonetuse. & huius 3. libro. Niph. 2. Metaph. dispo. 4 c. 2. Picolo minus in sua phil. Met. Gradu 3. cap. 47. Vaillet in contro. phy. q. 13. Augustinus in 1. d. q. 2.

in cap. 1. q. 2.

Abulensis ad cap. 5. Metaph. q. 12.

eatenus causare dicitur, quatenus passiva imitatione certam formam indit rei artefactæ: sed in hoc causandi modo nulla apparet vis, aut influxus causæ efficientis, sed formalis extrinsecæ duntaxat. Igitur exemplar non ad efficientem; sed ad formalem causam pertinet. Secundo idem confirmatur ex D. Dionysio 5. cap. de diuinis nominibus, D. Augustino lib. 83. quæst. Boetio lib. 1. de Trinitate, Proclo, alijsque Platonicis, qui ideas diuinas nunc formas sine materia; nunc formas archetypas, & primæuas vocant. Pro quo etiam facit ipsa nominis etymologia. Nam quod Græcè *ἰδέα*, Latine forma dicitur.

Testimonijs
Dionysij.
Augustini.
Boetij.
Procli.
à nominis
etymologia.

Itaque statuimus exemplar propriè causam esse, comprehendique generali formalis causæ nomine & ratione. Nam communis formæ notio in eo consistit, ut rei quidditatem, & speciem tribuat. Ac ea quidem forma, quæ materiam per se informando id præstat, interna est; quæ per solam imitabilitatem, externa, atque exemplar.

Ad ea igitur argumenta, quæ ostendere videbantur exemplar effectricis causæ obtinere rationem, hunc in modum respondendum erit. Ad primum quidem dicendo formam physicam agentis, itemque formam intellectualem partim inter se conuenire, partim differre: conuenire, quod vtraque sit forma determinans: differre, quod hæc per passiuam imitationem; illa per actiuum influxum determinet, formetque effectum. Ex quo patet non eandem esse vtriusque rationem causandi. Ad secundum admissa maiori, eiusque confirmatione quatenus concludit aliquid similitudinis inueniri inter figuram, & exemplar, neganda est assumptio. Non enim figura sigilli aliquam effectricem vim habet respectu formæ, quam in cera exprimit (sicuti nec eam habet quantitas, cuius modus est figura, ut alibi diximus) nec si eam obtineret, idem propterea de exemplari dicendum foret, cum in multis similitudo deficiat. Ad vlt. respondendum est ideas diuinas esse effectrices rerum causas, non quæ ideæ sunt, sed ratione diuinæ artis, ad quam pertinent, seu quatenus re ipsa idem sunt cum essentia diuina.

Responso ad
argumenta ad
uersariorū.

Figura non
concurrit ef-
fectiue.

Diuinæ ideæ
quo pacto sūt
causæ efficien-
tes rerum.

ARTICVLVS II.

EXEMPLAR NON REDUCTI-
tiè, sed directò ad formalis causæ genus
pertinere.

IVre tamè quæsierit aliquis num exēplar ad causā formālē inter-
nam quasi illius cōcausa, & appēdix reuocari debeat? Respōdem⁹
nō debere reuocari, sed per se distinctū formalis causæ genus cōs-
tituere. Quod censuit Plato in Timæo, & Phædone, alijsque eiusdē

Platōnici
exēplaria cō-
teris causis
anteponere.

sectæ alumni, vt pote qui in caussarum partitione exemplaria cæteris caussis prætulere, eaque ab illis tum nobilitate, tum caussandi modo, ac notione distinxerint. Idem tuentur præter alios Henricus Gandauensis quodlib. 9. quæst. 2. & Fonseca lib. 1. Metaphy. cap. 7. quæst. 1. sect. 5. vbi totam hanc cõtrouersiam accuratè pertractat.

Causa-
litas
formæ
intel-
ligibilis
an-
tecedit
caus-
salitatem
for-
mæ
informã-
tis.

Exemplar
est
ratio
proto-
typæ.

Occurritur
obiectioni.

Suadetur verò hæc sententia. Primùm quia etsi forma informans & exemplar in generali formalis causæ notione conueniant; differunt tamen, vt ex dictis constat, secundum speciales caussandi modos. Secundò quia causalitas formæ intelligibilis suapte natura præit causalitatem formæ informantis; neque illa ab hac caussandi vim mutuatur; cum prius sit artificem opus ipsum interiùs efformare, & intelligibilem formam imitatione passiuam ab externa forma exprimi, quàm formam externam informare materiam, compositumque ipsum condere. Tertiò quia exemplar est prototypa ratio essentia rei, cuius exemplar est, forma vero inducta ab agente est participata quædam illius similitudo, quæ materiam informando, essentiam complet.

Quo patet non minùs præcipuam causalitatem in suo genere præstare exemplar, quàm formam internam, atque adeò non debere causam exemplarem quasi appendicem, & concausam ad formalem reduci, sed vtramque propriè, ac per se, vt duo membra specie distincta, sub vno communi genere causæ formalis collocari. Nec quenquam turbet, quòd Aristoteles quatuor tantum caussarum genera recensuit; spectauit enim caussas in commune duntaxat, quas si speciatim persequi voluisset, nõ quatuor tantum, aut etiã quinque; addito exemplari, sed multo plures numerasset, vt ex singularum caussarum diuisionibus, quas 3. huius libri cap. cum Aristotele explicuimus, planum est.

QVÆSTIO V.

SITNE OMNIS CAUSSA EF- FECTU SUO NOBILIOR?

ARTICVLVS I.

QVO SENSU OMNIS CAUSSA

dici possit effectû suo nobilior; itemque de nobilitate materiae, formæ, & exemplaris.

Duplex
con-
sideratio
rei,
quæ
causa
di-
citur.



ES, quæ causa nuncupatur, bifariam, quod ad præsentem disputationem attinet, spectari potest: vno modo præcisè, prout caussat; altero, secundum suam absolutam entitatem; quæ consideratio in effectum similiter cadit. Potest enim effectus expendi, vel prout caussatur, vel simpliciter secundum suam

suam naturā. Hoc posito, si de causa, & effectu priori modo sumptis loquamur, conclusio sit, omnem causam esse nobiliorem suo effectu. Probat, quia præstantius, ac diuinius est tribuere esse, quàm accipere; & non pendere ab alio, quàm pendere; at causare non est aliud, quàm tribuere esse, & omne, quod alicui esse confert, qua eiusmodi, non pendet ab eo, cui esse impertitur.

Si autem causa, & effectus secundum posteriorem notionem accipiantur, quid de utriusque nobilitate sentiendum sit, subiectis infra conclusionibus aperiemus. Sit igitur secunda conclusio, Materiam esse ignobiliorem forma & composito, quorum causa est. Probat, quia ut 9. Metaphys. c. 10. tex. 19. Aristoteles docet, actus nobilior est, quam potentia; at materia est pura potentia, forma vero actus. Item quia, ut constat ex cap. 9. lib. 1. huius operis tex. 81. forma est quid pulchrum & diuinum; materia vero turpe & quasi fæx quædam naturalibus rebus subsidens, ac propè nihil. Postremo quia forma potiorem essentiam partem continet: vnde hoc in lib. 3. tex. 28. dicitur ratio quidditatis. Negari igitur non potest materiam minùs nobilem esse, quàm formam. Ex quo etiam liquet eandem deteriore esse composito, cum in hoc forma ipsa includatur.

Si autem forma cum materia comparetur, quid sentiendum sit ex proximè dictis constat: si verò cum ipso composito, cuius etià causa est, conferatur, non conuenit inter Philosophos utrum eorum alteri dignitate præstet. Platonici formam nobiliorem esse contendunt, quod etiam ex Peripateticis asserunt Auerrões commento 4. huius libri, Iandunus 5. Metaphys. q. 16. Zimara in theorematibus propositione 10. & propositione 69. alijque nonnulli. Horum ratio est, quia compositum totam perfectionem capit à forma. Quare, cum propter quod vnūquodque tale, id magis sit tale, sequitur formam perfectiorem esse composito. Deinde quia compositum præter formam continet in se materiam, quæ sicuti omnium est imperfectionum quasi mater, ita composito defectum potius, quàm nobilitatem conciliat.

Sit tamen tertia conclusio, Formam esse ignobiliorem composito. Hæc inter Philosophos, & Theologos communior est, eamque sequitur D. Thomas 3. parte. q. 6. art. 5. Richardus in 2. d. 15. q. 2. circa 3. princip. Durand. in 3. dist. 2. q. 2. Capreolus eadem dist. q. vnica art. 3. Soncinas 7. Metaph. q. 18. Simplicius hoc in lib. tex. 4. & alij. Suaderi autem hæc opinio hoc modo potest. Id, quod totam alterius perfectionem & amplius aliquid in se continet, certè præstantius illo est; sed ita se habet compositum respectu formæ; si quidem cohibet in se totum id, quod forma & præterea materiam. Igitur compositum præstantius est, quàm forma. Atque hæc ratio sumpta est ex Aristotele 7. Metaph. cap. 3. tex. 7. vbi sic ait. Quare si prior forma sit, & magis ens, quàm materia, & id quoque, quod ex utrisque constat, prius per rationem eandem erit. Ita legit Aphodisæus,

Prima conclusio.
Eius probatio.

Secunda conclusio.
Eius confirmatio.
Forma pulchrum, & diuinum.
Materia quasi fæx subsidens rebus naturalibus.

Controuersia de dignitate forme respectu compositi.
Qui putent formam nobiliorem composito.
1. ratio.

2. ratio.

Tertia conclusio.

Prima ratio.

non

Lege d. Tho.
in 4. d. 1. q. 1.
art. 4. quest.
1. ad 3.

Idem astruit
Plotinus lib.
3. Enn. 6. c. 7.
lege etiã que
dixim9 1. lib.
cap. 9.

Ioannes Neapol.
quodlibet
2. q. 7. Antoni
us Andr. 7.
Metaph. Ia-
uilly ibidè q.
4. Trombeta
12. Metaph. q.

1.

non ut alij, qui hunc locum in contrarium sensum rapiunt.

2. ratio.

Cōposito nobilior essendi modus cōvenit.

Item, Composito nobilior competit modus essendi & operandi, quàm formæ; igitur forma est eo ignobilior. Probatur assumptum, quia compositum, completum quid est, & per se subsistit, ac per se operatur, eique proprietates & idiomata attribuuntur. Non enim formam ignis, sed ignem calefacere & alium ignē generare dicimus. Accedit quòd præcipua naturæ intentio in totum fertur; quòd totum propriè gignitur; quòd partes cōparatione totius sunt veluti materia, ut Aristoteles docuit hoc in libro c. 3. tex. 31. Quæ omnia argumento sunt totum absolutius quid & perfectius esse, quàm partes.

Solutio 1. rationis pro cōtraria sent.

Ad primam verò rationem aduersariorum respondendum erit totum non omnem perfectionem capere à forma. Nam etiam materia perfectū quid est, nō simpliciter, sed in suo genere, & in ratione subiectivæ potētiae, ut alibi diximus. Quo fit ut ipsa quoq; toti perfectionē adiūgat, præsertim cū eius quidditatē integret, & cōponat.

Cap. 9. huius primi lib. 9. 3. art. 3.

Sol. 2.

Ad secundam dicendum etsi materia quasi mater, ac seminarium quoddam sit imperfectionum, quæ rebus materia constantibus accidunt, quatenus eas variè mutabiles & interitui obnoxias reddit; ex alia tamen parte easdem suo modo perficere; tum ob rationem proximè adductam; tum præterea quia est commune receptaculum, & quasi gremium accidentium, quibus res corporeæ in suo gradu perficiuntur, quantūlibet ea imperfecta sint, facta ad res immateriales cōparatione.

Etiam materia p suo modo subiectū perfic. t.

4. conclusio.

Quod ad exemplarem causam attinet, quarta conclusio sit, causam exemplarem interdū esse effectū suo nobiliorem, interdū æquè, aut minùs nobilem. Hæc intelligenda est de exemplari creato, quia diuinum infinitè perfectius esse palam est; cū sit ipsa diuina essentia cognita ut imitabilis. Probatur verò conclusio, quia exemplar creatum interdum est res aliqua naturalis, ut Alexander, quē Apelles suis coloribus, & lineamentis exprimit: constat verò Alexandri imaginem inferioris esse naturæ, quàm ipsum Alexandrum: nō nunquam est aliquod artefactum, ut domus, ad cuius similitudinem artifex manum dirigit; nemo autem ignorat artefactum, quod exterius effingitur, aliàs perfectius, aliàs æquè, aut minùs perfectum euadere, quàm id, quod artificij ad imitandum propositum fuit.

Probatio.

ARTICVLVS II.

DE FINALIS, ET EFFECTRICIS causæ præstantia.

Multiplex cōparatio causæ finalis.

Sequitur ut de finalis causæ excellentia dicamus. Potest causa finalis comparari, vel cum agente, quod ipsa allicit, & translatitia motione excitat, vel cum eius operatione, aut medijs, quæ ad